



R. 478542





RESTITUTIONE COMMUNIS PERSALITOTIANDIA

Faint, mostly illegible text in a historical or legal style, possibly Latin or a similar language. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be part of a list or a structured document. The ink is very light and the paper is aged and stained.



BARTHOLOMEI FONTII PROOEMIUM IN PERSIVM POETAM AD LAURENTIVM MEDICEM.

**Q**uanquam Laurenti poetæ omnes: uel ad benedicendum: uel ad honeste uiuendum plurimum conferunt: ii tamen in primis legendi sunt: qui non solum iocunda auribus: sed utilia quoque animis excolendis emoneant. Nam cum per se poetica delectatio mollis sit: nisi grauioribus rebus flecta ad uitam recte degendam proficit: eos profecto diligere: colereque debemus: a quibus ad uirtutem uehementius inflammemur. Siquis enim adhuc rudis uatibus ociosis incumbat: ipse quoque eorum consimilis ad mollitudinem quandam traducitur. Eum uero cui grauem uirilemque lectionem prosequitur: uitæ probitas: honestas: integritas comitatur. Quare cum teneræ mentes nequid turpe in senectutem resideat: honestissima quæque doceri debeant: eum mihi uatem interpretandum putauit: quæ uitæ mortaliū: auctoritate: doctrina: consilio non deesset. Verū enim uero si quis ex omni numero poetarum: qui hoc sancte integreque præstaret legendus esset: quem Persio præferemus: non haberemus. Nam & magna in utilissimis rebus: quas persuadere nititur: probandi uis: & res ipsæ electæ atque exultæ: & bene translata & coherentia rebus uerba: & figurarum sententiarumque non parua copia passim in eius erudito uolumine reperitur. Hunc igitur cum & morum sanctitate refulgeat: & lectorem ad bene uiuendum instituat: quanto conquisitius potui exclamaui. Qua quidem in re: si diuerse a doctis quibusdam uiris hac nostra ætate poetæ interpretantibus uberiore copia usus uidebor: iustis de causis id feci: ut enim Lysippus quanquam artificium maius erat in uultu & capite: quam in alexandri humeris effingendis: non minus tamen in his: quæ in capite laborauit: sic ego in omnibus: uel mediocribus locis elaborauit. Deinde cum discientium copia magna sit: eruditorum uero mira paucitas: satius fore duxi: pluribus consulendum quàm paucioribus obsequendum. Nam ut habentur latores legum: qui populo uniuerso prospexerint cariores: ita scriptores rerum: qui plurimis prouiderint gratiores. Postremo utrisque prospiciendo tali temperamento: ni fallimur: usi sumus: ut & discentes plurima quæ libenter accipiant: & docti plæraque inueniant: quæ legant non sine aliqua uoluptate: neque uero consilium fuit eorum nomina: unde aliquid sumpserim occultare: cum quod ingrati pusillique est animi eos tegere: a quibus ad multarum rerum scientiam informetur: tum quod nouo scriptori maior fides & auctoritas quæritur: si magnorū atque optimorum auctorum testimonio nititur. Quibus equidem probatissimis rationibusque certissimis fretus: si communi discientium utilitate commotus: a quorundam interdum opinione dissenserō: ueniam mihi dari ab illis postulo. Non enim inuidia dissensioneque amicorum: sed contrarietate opinionum sententiam meam apposui: qua in re quanquam uereor: ne cui forsitan satis sit ad opiniones contrarias comprobandas: quod afferuntur ab his: qui satis auctoritatis adepti sunt: tamen si ea remota res omnis cum rebus lectores conferent: cognoscent non omnia condonanda esse opinioni. Cæterum hoc unico artificioso uolumine exponendo: licet plus multo fuerit oneris quàm honoris: quod gloria nunquam per interpretem atque autorem consequitur: quia tamē non spe laudis: sed ut tibi gratificarer ad interpretandum accessi: satis si tibi fecero: non paruum laudem me consecutum putabo. Nam cum tu hæreditario iure & reipublicæ nostræ decus: & litteratorum omnium præsidium certum sis: me tibi uiro laudatissimo placuisse: non ultima laus uidebitur. In tua uero liberalissima beneficentissimaque natura: cum iam pridem spem omnem posuerim: ut re potius quam uerbis animum tibi meum significem: hos ad te commentarios persianos meæ in te fidei atque obseruatiæ testes mitto. Mox ut spero: fauete te: qui ut potes: ita etiā. cupis adiuuare quàm plurimos: & ad maiora animum excitabo: & cum primum facultas dabitur ampliori te munere cumulabo.



**Ec fonte labra prolui caballino.** Quo maiore animi libertate alios deinde cor-  
 rigeret: se ipsum in primis corripit: quod festinatèr nimiū poeta pdierit. Non  
 sine causa uero suum opus metro iambico inchoauit. Eiusmodi. n. carmen in-  
 citatum ac uehemens reprehensionis plurimum conuenit. Eius inuentor Archi-  
 locus: ex sex iambis primum instituit. Sed paulatim in canctis sedibus: secun-  
 da & quarta exceptis: spondeum recepit. In prima tamen sede quandoque anapestum p

Qui maiori libertate  
 alios corripit uult se ip-  
 so corripiat  
 Archilocus inuenit p-  
 iambos

**AVLI FLACCIPERSII POETAE  
 SATIRARVM OPVS.**

**EC FONTE LABRA PROLVICABAL**

LINO.

Nec in bicipiti <sup>sicut enim monte focias</sup> somniasse parnaaso  
 Memini me: ut sic repente poeta prodirem.  
 Heliconiadasque pallidamque <sup>fontē acrocorinthi</sup> pirenem

spondeo: & in secunda  
 tribrachum p iambo:  
 ea ratione Persius po-  
 suit: Quod iambus cū  
 tribracho: anapestus cū  
 spondeo in tempore cō  
 uenit. **Fonte caballino:**  
 Non se hesiodi more  
 poetam effectum di-  
 cit: qui pegaseis aquis  
 epotis e pastore poeta  
 euasit. Pegasus uero ca-  
 ballus e Medusæ gor-  
 gonis sanguine a Per-  
 seo interemptæ profi-  
 liit: in heliconemque  
 transuolauit: atque ubi  
 primum ungula terrā

Hesiodus epastore poeta  
 feg e epotis aqs pegaseis  
 Pegasus.  
 Medusa  
 Perseus  
 Helicon

percussit: hippocrene fons scaturiuir. In bicipiti parnaaso: nec se quidem hoc i monte  
 somniasse alludens ad Ennium scribit: qui somnians Homeri in se animam penetrasse:  
 repente uates apparuit. Parnasum uero: quanquan Seruius in Theffalia: Tortellius ar-  
 retinus in Aonia Boetiæ parte ponunt. Herodoto tamen & Pomponio mela: Strabone  
 que ac Plinio: & aliis præterea testibus: phocidi regioni adscribitur. Quem in duo iuga  
 discindi: citheronem liberi: & Heliconem Apollinis: idem Seruius scribit. Tatum aucto-  
 rem Tortellius subsecutus propter Heliconem & citheronem: uel certe ppter cyrrham:  
 & nysam: parnasum bicipitem uocat. Contra tamē eorundem locorum situs: & antiquo-  
 rum auctoritas reperitur. Parnasus. n. in phocide regione. Citheron atque Helicon i Bo-  
 etia montes disiuncti sunt: ita ut Helicon procul a Parnaso circiter quindecim passuum  
 milia: Citheron uero triginta locatus sit. Cyrrham quoque ac Nysam urbes in parnasi iu-  
 gis fuisse ueterum nemo scribit. Cyrrha enim sub cirphin rupem parnasi in radicibus  
 montis in planitie mare uersus locata est. Nysa uero non in parnaso: sed in foelici arabia  
 sita ē: in qua cū Bacchus nutritus esset: i eius memoriā ipse postea aliā in India condidit.  
 Apud Homerum quoque secundo iliados libro: nysam in Boetia urbem esse apud Plini-  
 nm in Caria: apud Strabonem uicum in helicone: apud Ptolameum in Ionia ac Lycia  
 nrhem lego: nusquam uero in parnaso esse comperio. Quare cum neque Helicon: nec ci-  
 theron iuga parnasi: sed montes ab illo seiuncti sint: neque cyrrha neque nysa i iugis par-  
 nasi collocatae sint: bicipitem rectius ad montis naturā: sitūque referemus. Nam ut Stra-  
 bo uolumine nono refert: ab australi parte cirphin præruptam rupem cū profunda ual-  
 le: per quā plurimus amnis euoluit: parnasus habet. A qua sane diuisione biceps cogno-  
 minatur. Hic Macrobio teste Baccho & Appollini sacer ē: atque ut Diodorus asserit idē  
 liber pater & phoebus ē. **Heliconiadas:** Helicon: ut Solinus & Plinius quarto refert: mōs  
 est Boetiæ iuxta thebas. Atque ut Strabo in nono meminit: phocidi uicinus ē non pcul a  
 parnaso: eique æmulus & altitudine & circuitu: q & ipse Apollini quoque sacer & musis  
 ē: unde Heliconiades musæ sūt appellatae: Lucretius: Adde heliconiadū comites: quoz  
 unus Homerus. **Pallidāque pirenē:** Vallē inter duos parnasi colles pirenē Tortellius eē  
 scribit: sed auctore Plinio libro. iiii. acrocorinthi fons ē: & ut Strabonis octauo uolumine  
 scriptū est: haud affluētes aquas habet: sed potui suaues atque pspicuas. Quare pallidā  
 non ad aquæ sed poetæ colorē assiduo studio pallētiū Tor. refert: sed melius hūc pallo-  
 ré pirenē attribuemus. Quæ cū ex Neptūno Cenchrēū: Lecheūque peperisset: de quorū  
 nominibus corinthiaci sinus termini: uicūque ac portus denominant. Cenchrēū prima  
 iuuēta extinctū adeo fleuit: ut in hūc fontē sui nois uerteref: unde eā pallidā appellauit.

Hippocrene fons  
 Ennig. Homerg  
 Parnassus  
 Cyrrha. Nysa  
 Strabo  
 Cirphis  
 Macrobig. Diodorg  
 Helicon  
 Pirene  
 Cenchres  
 Leches filij neptini ex p

Poete in tutela fuit bachi

Iuuenalis

Cur hedere libero fac sit

Pigi grece fons dicitur Latine

Vnde pagus & paganus

Horatius

Psittacus

Martialis

Tiberius

Martialis

A poeta. poeta & poetis

Pica Piere  
Anipes filie. g.  
Melos. n. g.

Quorum imagines lambunt hederæ sequaces: cū hedera Baccho sacrata sit: iure illa poetæ corōa  
bāt: q̄ i tutela liberi p̄ris sūt. Imagibus quoque uatū coronæ hederaceæ ponebant. Iuue.  
Vt dignus uenias hederis & imagie macra. Sequaces at̄ dicendo ad eaz̄ naturā respexit: cū  
n. dictæ sint: uel q̄ hereāt: uel q̄ edita sēp petāt: uel q̄ si q̄bus adheferint: edāt iure illas  
sequaces cognouit. brachia. n. ramosa: maxieque robusta cū habeāt q̄ semel coeperint: te  
naciter p̄sequūt. Libero uero p̄ri sacratæ sūt: q̄a sicut ille hoīum mentes: ita hedera oīa

illigāt: q̄bus hærēt. Se  
mipagāus: i trāslatione  
uerborū manet. Nā cū i  
caballino fonte se dixe  
rit labra non immerfis  
se: fons uero a græcis pi  
gi dicitur: unde pagus &  
pagāus deducit: nūc se  
mipaganū se noīat: ut  
q̄ se non penitus in hip  
pocrene proluerit: sed  
eius aquam summo te  
nus ore attigerit: ac pro  
pterea nondū poeticis  
sacris imbutus sit. Ad  
sacra uatū: uel ad scri  
pta & numerū poetarū.

Vel ad ædem Apolli  
nis & musarū: i q̄ oīum  
scriptorū uolumina ser  
uabant. Ho. Scripta pa  
latinus quæcūque rece  
pit Apollo.

Quis expediuit psittaco suū chæræ: Per psittacos picas coruos: hūana uer  
ba fame edoctos: ostēdit urgēte necessitate multos spe lucri compulsos: tāq̄ poetas bonos  
carmīa scribere. psittacus uero quædā uerba q̄ accipit ita dearticulata uoce p̄nūciat: ut  
sibi pecularia uideāt. Ob quā p̄nūciādi facilitatē suū chære tāq̄ sibi fere naturale dixit:  
ut apd' Mar. hoc didici p̄ me dicere Cæsar aue. Chære at̄ saluē atque aue significat. Cor  
uos q̄s olī concauū salutare: Quis olī docuit coruos concaue ac rauca itra fauces uoce sa  
lute hoībus dicere. Plures q̄dē Augusti tēpe salutare eū corui edocti sunt: sed oīum cele  
berrimus fuit: q̄ Tiberio p̄ricipe singulis diebus mane i rostra uolitās: primo Tiberium:  
deinde Germanicū & Drusum Cæsares: mox alios e populo trāsētes nominatim salu  
tabat. Vnde postea saluatoris cognomē coruus obtinuit. Martia. Corue saluator cur tu  
fellator haberis. Quod si dolosi: illos redarguit q̄ spe lucri adducti ineptissima carmi  
na edere non uerent. Dolosi nummi: denominatio est: cum ab eo quod fit id quod fa  
cit denominatur. Dolosos enim appellat nummos: per quos innumeri doli fiunt: ut cum  
pigrum frigus: quia pigra reddit corpora: nuncupamus. Et poetridas picas: A poeta poe  
tria & poetris deriuatur. Pica uero pieri & anippes nouem filia: ausæ cum musis decan  
tu ac uoce contendere: nymphis iudicibus superata: cū illis conuitiarent: in picas a nym  
phis conuersæ sunt: in quibus ut ait Ouidi. Facundia prisca remansit: Raucaque garruli  
tas: studiūque inane loquēdi. Per pegaseū melos: ualde pegaseum. i. poeticū per suaue  
& dulce cantū. Melos aut̄ sicut & sophos genere neutro indeclinabiliter ponitur.

O Curas hominū o q̄tū ē in rebus inane: Hæc satyra scriptores lenocinio uerborum  
plausum populare captates & auditores lectoresque scripta lasciuia & mollia magis  
q̄ uirilia cōprobates reprehēdit: non sine q̄dā Neronis nota: quē scænæ studiosum fuisse  
constat. O curas hoīum: cū Persius cuidā uelle satyrā scribere se dixisset: ille sup̄fluam  
eius curā: oibusque ingrata deridēs: eū interrogat: q̄s tam s̄cūera & grauias scripta leget?  
Quidā poetæ initiū hoc attribuunt consultati sup̄fluas hoīum curas inanesque cogita  
tiones se omnino uelle reprehendere. Min tu istud ais: Respondet Persius: cur se ita i  
terroget cū utilissima scribere ordiat. Nemo hercule: affirmatio respondētis ē: si talia  
scripserit: neminē scripta sua lecturū eē. Nemo: admirat̄ poeta cur ille dicat a neie hæc  
satyrā lectū iri: ueq̄ contractiore fronte: nō sine admiratione p̄nūciāda dictio nemo ē.

Illis relinquo: quorum imagines lambunt

Hederæ sequaces. at ipse semipaganus

Ad sacra uatum carmen affero nostrum.

Quis expediuit psittaco suum chæræ? Coruos q̄s olim sui

Picasque docuit nostra uerba conari? concauū salutare?

Magister artis: ingenique largitor

Venter negatas artifex sequi uoces.

Quod si dolosi spes refulserit nummi:

Coruos poetas: et poetridas picas

Cantare credas per pegaseum melos.

Satyra prima.

O Curas hominum: o quantum in rebus inane est.

Quis leget hæc? min tu istud ais? nēo hercule nēo?

Ouid. L.

Vel duo uel nemo: turpe et miserabile: respondentis asseueratio: uel duos: quod turpe est uel neminem: quod miserabile hoc carmine lecturos esse. Quod sane ignominiosum scribendum est. Quare, interrogat quam ob causam a nemine uel a paucis legi turpe ac miserabile fore putet. Ne mihi polydamas: continuat Persius ab aduersario quaerens tam ob hoc ignominiosum existimet: ne sibi a romanis Labeo praeferat. Polydamas et troades. Ex Homero assumptum est: qui secundo & uigesimo iliados libro Hectorem: si se achillis metu intra mu-

Homerus

<sup>adu</sup> Vel duo: uel nemo: turpe: et miserabile <sup>poet</sup> quare?  
Ne mihi polydamas: et troades labeonem  
Pratulerint: nuga: non siquid turbida roma  
<sup>extollat laudet</sup> Eleuet accedas: examenque improbum in illa  
<sup>examinatio</sup> Castiges trutina: nec te quasi ueris extra.  
<sup>statera</sup> Nam romae est quis: non: ac si fas dicere: sed fas  
<sup>qui non male uiuat</sup> Tunc cum ad caniciem: et nostrum istud uiuere triste

ros receperit uerentem inducit: ne a Polydamante: troianisque redarguatur. Quod et Aristoteles in ethicis de fortitudine scribens: & Cicero ad Atticum assumpserunt. Labeonem: Tortellius per tragodia de polydamante a labeone conscripta legit. Quidam Homeri iliada ab Accio labeone conuersam dicunt. De qua paulopost, non est hic ilias acci ebria ueratro. Et circiter

Aristoteles in ethicis

Cicero ad atticum

Satyræ finem. Nullam tibi uendo iliadem. Nonnulli, Mantistium labeonem uirum pratorium iurisque peritum intelligunt: qui pristinae libertatis memor multa in augustum & dixit & fecit: ob qua infans est habitus. Horatius primo sermonum: Labeone infansior inter sanos dicatur. Sensus autem talis est. Censes ne forsitan ob id triste: miserabileque futurum: ne romani me labeone dementiorem existiment: si audebo satyrâ scribere in malosque inuehi: et reip. occupatores ut Labeo fecit. Nuga: quidam respondentis hoc esse uolunt: insequentisque uersus eidem per interrogationem attribuunt: quod interroget per sium a iudicio populi num discedat: & num redarguere eum audeat: & num ceterorum more ab omnibus laudari non quaerat: cum praesertim nemo romae sit: qui non itidem faciat. Doctiores tamen cum superiori uersu continuantes poetae tribuunt. Nugas enim si labeonem sibi romani pratulerint esse putat. Verum asseueranter non sine risu distorro paululum ore legendum est. Non siquid turbida roma eleuet accedas. Cum corrupto populus romanus iudicio sit: si aliquem extulerit & laudarit: populari iudicio non accedas. Non. n. quia laudata uulgo aliquis scriptor probatus est. Examenque improbum in illa castiges trutina. Falsum illud popolare iudicium corrige. Examen enim hoc in loco iudicii inuestigatio atque examinatio est ab examine filo tractum: quo pondera in trutina perpenduntur: de quo Virgilius: Iuppiter ipse duas aequato examine lances sustinet. Trutina uero idem quod statera est. Vietruuius li. undecimo, id autem ex trutinis: quae staterae dicuntur: licet considerari: a qua et trutinari deducit: ut atque ex porrecto trutinant uerba labello. Nec te quasi ueris extra: nec te extrinsecus & ex alieno iudicio aestimes. Nam romae est quis: Aposiopesis figura est: in qua quid taceatur incertum est: aut longiori sermone explicandum. Nam uel iudicio recto: uel qui non male uiuat: uel qui non se extra quaerat: uel eiusmodi aliquid subiungendum est. Non: hoc per se separatim legitur. Respondentis enim indignatio non sine acrimonia frontis est admirantis simul & stomachatis a persio dici: neminem recto iudicio romae esse. Quod si superiora a contradicente prolata per interrogationem sumpserimus: hanc negationem poetae dabimus: respondentis se extrinsecus nolle quaerere. Ac si fas diceret: utcunque superiora legantur: respondentis haec aduersarii uerba sunt. Derugata enim fronte perinde inquit o Persi dicis corrupto iudicio omnis esse maleque uiuentes ac si ita loqui licitum sit. Sed fas: respondet poeta fas esse ita sentire ac loqui. Tunc cum ad caniciem: cum deprauatam: corruptamque uitam etiam in senioribus uideat: satyrâ se scribere uelle significat. Nostrum istud uiuere triste: figura locutionis est cum in finito uerbo pro appellatione sit usus. Nostram enim uitam intelligi uult.

M. antistig labeo

Horatius

Examen

Trutina Virgilius

Trutinari

Aposiopesis

figura locutionis

Pueri catamiti

Catullus

Patruis pueri tradentur  
educandi

Horatius

Splen. Lien. Lienis

Cornelius Celsus

Cachinus

Horatius

Pulmo

Sardonius

Diocrates Samii tyrannus

Oppetatem sardonis

Iuuenalis. Sardonius

Horatius

Ac nucibus facimus quæcūque relictis: Et cū aspicio quemadmodū uiri facti in pueri  
lia uicia labimur: atque a sceleribus non cessamus. Catamiti aut pueri: quibus licenter  
abutebat antiqitas: a turpi obsequio recedentes: puericia ludum nuce spargebant: quo  
se puerilia cūcta spernere demonstrabant. Catullus: Da nuce pueris iners cōcubinæ: Sa  
tis diu lusisti nucibus: Lubet iam seruire talassio. Cū sapimus patruos. Adolefcētibus  
corrigendis seueriores patru: quā patres sunt. Parentes enim indulgentiores in liberos

natura facit. Ob hoc pa  
truis educādi pueri tra  
debātur: quoniam & se  
uere eos corripere: &  
propter sanguinis pro  
pinqtatem amore eti  
am non carerēt. Hora  
tius: Metuentes patruæ  
uerbera linguæ. Tunc  
tunc ignoscite: Si satyrā  
scripsero subaudiendū  
est. Nolo: quid faciam  
Dubitatio est. Ambigit  
enim urrū de duobus  
potius eligat: an scribat  
satyrā: an omittat.

Sed sum petulanti splene cachinno: Statuit tādē satyrā scribere cū non possit ua  
nitates & ineptias hominum non ridere. Est aut hoc gestu quodam liberali: cum iacta  
tione utriusque manus & cū decora capitis agitatione pnuntiandū: quo melius delibe  
rātis affectio exprimat. Splen uero græce: latine lyenis & lyen dicitur. Et ut Cornelius  
celsus de medicina uolumie q̄rto refert: sinistra in pte locatus ē: intestino innexus: na  
tura mollis & rarus: longitudinis: crassitudinisque modicæ. Eius uero magnitudo: ut  
Pli. undecio libro scribit: risū & intēperatiā ioci facit. Iure igit satyrā descripturus se es  
se dicit splene petulanti cachinno. i. splene qui risu luxuriat & abūdet. Cachinnus enī  
effusior risus est: reprehensionique admixtus. Scribimus inclusi: Hactenus tanq̄ operis p  
positio & describēdæ satyræ deliberatio quādā fuit. Nūc uero narrationē ingreditur:  
primū inuehens in scriptores sua opera publice recitantes: & plausū populare aucupātes  
Verū quo magis reprehendere eos possit: in eorū numero se reponit. inclusi aut dixit:  
uel qd̄ secretis i locis a strepitu ac turba remotis scribit. Vel ut eos reprehēdat: q̄ ut di  
ligētius atque accuratius scribere putarent: secretiora loca quærebāt. De q̄bus Horati.  
Secreta petit loca: balnea uitat. Numeros ille: Carmina certis numeris: pedibusque fini  
ta. Pede liber: Prosaicā orationē intelligit: quæ licet numeros: cōcētusque suos & ipsa  
habeat. non tamē pedibus iisdē q̄bus lex carminis circūscribit. Grāde aliqd̄: qd̄ pul  
mo animæ prælargus anhelet: Ostēdit ampullosum aliqd̄: turgidūque describere: qd̄  
postea magna cū anhelatione pnūciat. Pulmo autē: ut Celsus in quarto scribit: spongi  
osus: ideoque spūs capax est: & a tergo spinæ iūctus in duas fibras unguæ bubulæ mo  
do diuiditur. Sed eo cum respiremus: quod & spongiosus & fistulis inanibus cauus est:  
iure eū prælargū animæ: idest spiritus capacem atque abundantem appellat. Scilicet  
hæc populo pexus. Qui aliquid mollius turgidiusque conscripserit cū bene comptus at  
que ornatus molliter ac lasciuē scripta sua pnūciabit: uidebis nedū uulgares ac uiles  
hoies: sed uiros etiā militares ac nobiles tanta libidine affici: ut eam gestu & uoce signi  
ficent. Natalitia sardonice: Qua diebus natalibus uterent. Fuit enim i magna quon  
dam æstimatione Polycratis samii tyranni annulo maxie celebrata. Qui circiter ducē  
resimū atque trigessimū annum romanæ urbis est interfectus. Apud romanos aut supe  
rior affricanus primū sardonice usus fere. Hæc sola ppe gemmarū cæram i signo non  
aufert: & ob hoc in itio i annulis placuit. Coloris est in cādido carulei cum quadā spe  
rie purpuræ: ita ut trāsire in minium uideat. In india uero & arabia & armenia nascit  
Sed deterior armeniaca. Hæc & sardonice dicitur. Iuuenalis: Gēmaque princeps sardo  
nycus. Albus: Pavidus. Horati. in sermoibus. Piguē uitijis: albū quæ neque ostrea. Nec  
scaurus aut potest peregrina iuuare lagois. Hic at & uitijis & recitationis metu pauebat

Aspexi: et nucibus facimus quæcūque relictis:  
Cū sapimus patruos: tunc tunc ignoscite. nolo.  
Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.  
Scribimus inclusi. numeros ille: hic pede liber  
Grāde aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet.  
Scilicet hæc populo pexus quæ togaque recenti  
Et natalitia tandem cū sardonice albus:

Liquido cum plasmate: ad fauces molliendas: uocemque suauiter emittenda nonnulli guttur emplastro colluebant: quod plasma a platto graeco uerbo: quod figo: compono que significat: appellabant. Ex pluribus enim liquidioribus rebus commixtis uocemque ad iuuantibus miscebatur. Quam sane pronuntiationem his uerbis Quintilianus libro primo institutionum redarguit. Sit autem in primis lectio uiriliter & cum suauitate quadam grauis: & non quodam praesertim similis: quia carmen est: & se poetae canentis testatur. non tamen in canticum dissoluta: nec

Fauces  
Plasma a platto  
Quintilianus

Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur  
Mobile colluerit patranti fractus oculo:  
Hic neque more probo uideas: nec uoce serena  
Ingentes trepidare titos cum carmina lumbum  
Intrant: et tremulo scalpuntur ut intima uersu.  
Tunc uetulae auriculis alienis colligis escas.  
Auriculis: quibus et dicas cute perditus ohe  
Quid didicisse: nisi hoc fermentum: et quae semel intus  
Innata est rupto iecore exierit caprificus.

plasmate: ut nunc a plerisque fit effeminata.  
Guttur mobile: ad gestum pronuntiantis mobile rettulit. Nunc enim in dextram: nunc in sinistra partem guttur inflectitur: modo etiam per rerum de quibus loquimur diuersitate atque natura: uel deprimis uel attollis. Patranti fractus oculo: hic multa oris suauitate magna que gestus lasciuia: et uenerea oculorum mu-

ratione uersus pronuntians: ipso quoque molliori obtutu ad libidinem auditores quodammodo excitabat. Qui uero uenerem peragunt: oculis contremiscunt. Iuuenae. oculosque in fine trementes. Cum autem eiusmodi rem perficiunt: id patrare latini dicunt. Patratum enim Plutarchus autore in problematibus: finitum quiddam ac determinatum significat. Unde & partes patratos dici putant: quod ad patrandum: hoc est ad peragendum iuramentum: ubi de foederibus conuenerat: mitterentur. Trepidare: tremulo gestu & plausu lasciuia demonstrare cum tali pronuntiatione ac gestu & obtutu facile ad libidinem mouerent. Titos: titorum praenomen: ut Festus ait: a titulis ortum est. Tituli uero milites appellati sunt: quod fortiter patriam tutarentur. Cum carmina lumbum intrant. cum eiusmodi recitantium molles affectus lumbos penetrarent prurigine uenerea tangebantur. Ad nates enim lumborum uergit extremitas: in quibus libidinis sedes est. Virgilius in priapeis: crissabit tibi fluctuante lumbus. Tum uetulae: eum reprehendit: quod tali scriptorum suorum recitatione uulgi fauorem captare: populoque placere: & ab eo laudari studeat. Auriculis quibus: non interrogantis est: sed uehementius admirantis: quasi non purgatis auribus & indoctis. Cute perditus: inflationem animi summo artificio cutis tumore ac senectuti coniunxit. Ohe: ridens interiectio est. nam respondentis loquitur uerbis: quibus reprehenderetur: quod scripta sua populo recitaret: eiusque fauorem: plausumque captaret: haec non sine laetitia quadam monitorem ridens respondet. Quid didicisse: per detractionem: ut Quintilianus in nono refert: figurae multae fiunt: quae una est: cum subtractum uerbum aliquod satis ex caeteris intelligitur. Quale est in bucolicis apud Virgilium: Nouimus & qui te. Decenter enim pudoris gratia stuprauerit: sustulit. Hoc item in loco persius breuitatis causa iuuat: substruxit ut sit. Quid iuuat didicisse. Hanc figuram eclipsim a grammaticis appellari perspicio. Quae fit necessariae dictionis defectu ad integrum sensum percipiendum. Ex respondentis uero persona loquitur: nil fore utile didicisse: nisi quae didiceris ostendamus. Nisi hoc fermentum a feruendo dictum fermentum est: quoniam feruifacium farinae immixtum: optimum panem facit. Quemadmodum uero fermentum uis sua farinam dirumpens feruorem suum emittit: sic scientia & doctrina in humano pectore inclusa: exire ac suas ostendere uires cupit. Rupto iecore exierit caprificus: ut pietas ac sepulchra caprificus penetrat ac dirumpit: sic in eo qui doctrinam intus conceperit: doctrina illa sicut caprificus penetrat: ac iecore tanquam muro disrupto exire nititur. Verum in fermento & caprifico translatio color est quae ex alia re propter similitudinem fermentum & caprificus ad rerum cognitionem ac scientiam transferuntur. lecur autem a nostris: epar a graecis appellatur: ut Celsus in quarto scribit: dextra in parte sub praecordiis ab ipso septo ortum: intrinsecus gibbum est: quod prominens leuiter uentriculo insidet: & in quattuor fibras diuiditur. Caprificus uero est siluestri generis ficus est: nullo unquam tempore maturescens: sed omnia in quibus nascitur loca ui sua penetrat

Iuuenalis  
Patrare. Patratum  
Plutarchus  
Pies patratum  
Titus. Tituli  
Nates. Virgilius  
Ohe  
Quintilianus  
Eclipsis  
Fermentum a feruendo  
Caprificus  
Iecur. Epar

En pallor seniūque o mores: Suo loco & tēpore exclāmatione utitur cū significatione indignationis atque doloris. Eum enim indignāter reprehendit: qui cum etiā senio pallear: ita tamē alienū a bonis moribus se ostēdat ut sciētia: quæ nō aliis innotescat: nihil possidenti profuturā existimet. Scire tuū nihil ē: nisi te scire hoc sciat alter: Figura locutionis utitur: quam regressionē Quintilianus appellat. Fit autē quandoque in eodē sensu: quandoque etiā in diuerso: cū eadē uerba ponunt. Interdum etiam uerborū iteratiōe mutata. At pulchrum est: Superiori in interrogationi respōdet aduersarius: pulchrū esse prætereuntium digito demonstrari. Et dicier: Paragoge figura est: cū ad finē dictionis littera uel syllaba apponitur. Dicier enim pro dici legitur. Ten cirratorū. Interrogat an parui æstimet a multis celebrari: Cirri uero capitis crines & contorti capilli sūt. Vnde cirrati pueri qui in cirris utūtur eiusmodi nominant. Ecce inter pocula. Persii uerba sunt eorū consuetudinem reprehēditis: q̄ scripta sua recitaturi fāiliares & notos ad cōnā conuocabāt: quo postea sibi magis applauderēt. Ostēdit autē beneficiis obnoxios beneque saturatos non rectum de poetis iudiciū ferre posse. Et iāthina lena. Iacīthinā uestē ab iacītho puero ab apolline dilecto atque ab eo p̄ imprudētiā interfecto & in purpureū florē sui noīs uerso: i quē et aiāx quoque conuersus est cognoīari fere ab oībus uideo. Verū nō iacīthina sed iāthina a uiolæ colore q̄si uiolacea legēdū ē. Ion. n. uiolā: anthos florē significat. Quod Plinius priō & .xx. libro de uiolis scribēs his uerbis ostēdit. Ex iis uero quæ sponte apricis & maricris locis pueniūt purpureæ latiore folio statī ab radice carnosa exeunt: solæque græcōnoīe ab cæteris discernūt appellatæ: ita ut ab his iāthina uestis. Cū itaque plinius iāthina uestē a uiola appellatā dicat: iāthis uero uiola sit: nemo dēt abigere nequaquā ab iacītho cognoīari. Licet. n. iacīthus flos sit purpureus: ut ap̄d uirgiliū: Suaue rubēs iacīthus iter uiolas tamē neque a ueteribus neque a nris herbariis numerat. Nā nec foliis nec caule nec radice uiolæ ē ulla ī preconformis: flore at̄ oīo dissimillimus. Est ei flore lilio par nisi tātū colore distaret. De quo ita scribit Ouidius Tyrioque nitētior ostro Flos oritur: formāque capit quā lilia: si non purpureus color his argēteus eēt in illis. Quare cū iacīthus uiola non sit: Plin. autē a uiola uestē cognoīatā scribat: uerisimilius mihi fit antiquiores librariorū iacīthinā pro iāthina noīs deceptos similitudinē iuertisse. Mart. qdē libro ii. iāthina nō iacīthinā uestē scribit: Coccina famosæ donas & iāthina mœchæ: Vis dare quæ meruit mūera mitte togā. Quoniā uero iāthina priā syllaba breui legit: eorū dē quoque uicio factū ē: ut cū & iāthina scriptū ī psianis codicibus iuenirēt: ignari cur & copula cū iāthina iūgerēt: iacīthi in purpureū florē cōuersi memores aliquantulū primis lris ī mutatis iacīthina ipsi describerēt. Et uero p̄ etiā ad maiorē ignominia recitatis nō sine sūmo artificio poeta posuit. Nā cū circa humeros & iāthina lena hoc ē etiā purpurea uestis sit: maiorē pfecto reprehensionē meret q̄ si necessitate & iopia urgeret. Quod ita esse non modo colore: sed etiā habitu uestis ostēdit. Lena enī seruiō ac Festo auctoribus uestis genus ē habitus duplicis & amictus auguralis. Quā nō solū domi: sed & militiae utebāt. Nā sup cætera uestimēta Marcello teste iponebat. Virgilius eā Aenææ tribuit: Tyrioque ardebat murice lena Demissa ex hūeris. Iuuenalis quoque non hūili uiro dedit: Cauet hūc quē coccina lena Vitari iubet: & comitū longissimus ordo. Reliquū ē: ut sine iacīthinā uestē ab iacītho flore pupureo: ut iā ppe usus obtinuit: nomiemus: Siue iāthina a purpurea uiola: ut scribit Plinius: appellemus: nihil ad poetæ sēsū pertinere sciamus. Legētes hæc p̄ suo arbitrio iudicabūt. Cæterū q̄s hic sit: cui lena purpurea erat circa humeros ignoratur. Quidam Neronē intelligūt: quē & carnīa scriptitasse & poemata decantasse constat. Nonnulli generaliter dictū esse ī omnes scripta sua recitantes existimāt. Ab habitu quidē uestis & audientiū assentatione uir non ignobilis demonstrat

En pallor: seniumque o mores usque adeo ne  
 Scire tuum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter.  
 At pulchrum est digito monstrari: et dicier hic est.  
 Ten cirratorum centum dictata fuisse  
 Pro nihilo pendas: ecce inter pocula quarunt  
 Romulidæ saturi quid dia poemata narrent.  
 Hic aliqs cui circa humeros et ianthina lena est

Regressio figura

Paragoge

Cirri

Ion. anthos

Plinius

Iantis

In q̄ iacitho alio differt

Martialis

Seruius Festus

Lena

Marcello. Virgilius

Iuuenalis

Nero caria scripsit

**Rancidulum** quiddam: Translatio a sapore ad uerba est. Rancidulum enim non integri saporis & uetustate corruptum est. Balba de nare: In pronunciantis irrisionem hoc potuit: spiritus enim ad nares cum labitur: & in uerba difficulter conciditur: & pronunciationem ingrati reddit. Phyllidas: hypsipylas: Phyllis Lycurgi thraciae: Hypsipyle thoisantis lemnii regum filiae fuerunt miserabiles in amore: Phyllis in Demophoontem: Hypsipyle in Iasonem. **Eliquat**: Liquida mollique uoce pronunciat. **Tenero palato**: In translatione uerborum manet. **Supra enim dixerat** Liquido cum plasmate guttur mobile collue- rit. **Nunc uero eliquare** & tenerum palatum ob eiusmodi causam dicit **Supplantat uerba**: Molli uoce pronunciare ac quodammodo de industria extremis syllabis uerba inculcare eorum est: qui auditores ad libidinem excitare cupiunt. Nam cum leuiter uox infringitur: sonus ipse manat iocundior. De consimili pronunciatione Iuuenalis ait: Vox blanda & nequa digitos habet, huc tamen pronuciandi modum Quintilianus primo institutionum his uerbis reprehendit. In

Ranciduli

Phyllis Lycurgi thraciae regis filia  
Hysipyle thoisantis lemnii regis filia

Demophoon . Iason

Eliquare

Supplantare uerba.

Iuuenalis

Rancidulum quiddam balba de nare locutus  
Phyllidas hypsipylas: uatum et plorabile siquid  
<sup>mollis uoce pronunciat</sup> Eliquat: et tenero <sup>mollis uoce pronunciat</sup> supplantat uerba palato.

Affensere uiri: num nunc cinis ille poetae  
Felix: num <sup>leuius</sup> leuior <sup>sepulchri</sup> cippus <sup>deprimi</sup> nunc imprimi ossa?

Laudant conuiuia: nunc non e manibus illis:  
Nunc non e tumulo: fortunataque fauilla  
Nascentur uiolae: <sup>uertes</sup> rides ait: et nimis uncis

Naribus indulges: an erit qui uelle recuset  
Os populi meruisse: et cedro digna locutus

Linquere: nec scombros metuentia carmina: nec tus: <sup>extremis</sup>

Quisquis es o: modo quem ex aduerso dicere feci:

Non ego cum scribo: si forte quid aptius exit:

Quando haec rara auis est: siquid tamen aptius exit  
Laudari metuiam: neque enim mihi <sup>dura</sup> cornea <sup>praecordia ut laudis ad re non afficiant</sup> fibra est:

primis uicia siqua sunt oris emendet: ut expressa sint uerba. ut suis quequæ litteræ sonis enuncient: & paulo post: curabit etiã ne extremæ syllabe intercidat. ut par sibi sermo sit. **Affensere uiri**: quis auditores assenserit: non tamè propterea bonum ac probandum poetam esse significat. **Nunc nunc**: In dictione non repetitio color est quæ Tullio auctore fit: cum continenter ab uno atque eodem uerbo in rebus similibus & diuersis principia sumunt: cuiusmodi apud Virgii. **Nunc** figeis occuberis capis: **Nunc** capti potuere capi: **nunc** incensa cremauit troia uiros: **Nunc** leuior cippus: Terra coaggerata in cumulum cippus est: & pro sepulchro iterdum capis. Horatius in sermonibus: Mille pedes in fronte: trecetos cippus in agris hic dabat. **Rides ait**: respondetis loquens uerbis. **Et nimis uncis naribus indulges**: nimis irrides: nasum enim in rugas crispamus cum quæpiam irridemus. Horatius naso suspensis acuto. **Os populi**: sermonem ac laudem: quæ quæ non nisi ore fieri potest: id quod facit: pro eo quod fit denotauit. **Et cedro digna**: elegantiæ & perpetuo seruari digna. Cedrus enim arbor tineam nescit: & non facile uetustate corrumpit. **Scombros**: marini pisces scombri sunt: quibus in aquis sulphureus color est: extra aquas uero idem: quæ cæteris atque ut Strabo uoluntate. iii. auctor est: ex his hæc optimum: hoc salsameti genus est: condit: quo liquore: ut scribit Plinius. nullus pene præter unguenta maiore in præcio esse coepit. tanta uero scobroge multitudo in freto hispano est: ut insula ad carthaginensem nouam spectans: ab eaque urbe ad quatuor & .xx. stadia distans. a scombri sit scombria nuncupata. **Quisquis es o modo**: respondet Persius non se ueram laudem quæ ex recte scriptis oritur: renuere: sed plausus assuetorum continere. **Si forte quod aptius exit**: si quod apte concieque descriperis: quod raro paucisque contingit: tunc laudem meritam non recusos. hoc autem loco conduplicatio est ratione amplificationis facta pluriu uerborum iteratio. **Neque enim mihi cornea fibra**: non ita dura præcordia mihi sunt ut laudis amore non afficiar. Fibrae uero quæ & iecoris & cordis & cuiusque uisceris extremæ partes: & uenas quoque præuenies quod dicitur meatus per quos sudor emanat: sunt tamè et quandoque arboribus tribuunt. Plinius enim dicit arborum satioribus solum ait legi oportere quæ maxime rimosum ne sol exurat fibras. quæ uero laudis spiritu non afflant: corneas quæ præduras fibras habere dicuntur

Cippus

Horatius

Horatius

Cedrus . Scombrus

Scombria

Fibra.

Sed recti finem: Sed recuso tuum hoc euge & belle & assentationes eiusmodi finem & extremum recti quasi ueram laudem esse: quæ in tali applausu non consistit. Nam belle hoc excute totum. Hoc totum belle exteriori ex parte atque excute intrinsecus uitiatum & uanum est. Bellum autem deriuatum a bono est. Quid non intus habet? Assentatio enim multum uiciorum & uanitatis intrinsecus habet. Nam ut de gnatione parmeno apud Terentium ait: Assentator hoies prorsus ex hominibus stultis insanos facit. Non est hic ilias acci ebria ueratro. Hic nihil simile insanis scriptis Accii reperitur. Sunt qui hunc Accium ieruditum potam autumant. Homeri iliadam latinis uersibus transtulisse: quam ita male conuerterit: ut ne ipse quidem opus suum intellexerit: ac propterea helleboro se purgarit. Quidam Accium tragicædiarum scriptorem intelligunt: Cuius libri infra quoque uenofum scribit. Sed quisquis fuerit eius opus: tanquam insanum ueratro: quod & helleborum dicitur ebrium esse significat. Elegidia: Elegidium ab elegia diminutiuum deducitur. Crudi proceres: Crudum contrarium cocto dicimus. Sed cum de stomacho loquimur: non quod incoctum assumptum sit: sed quod stomachus non bene concoxerit crudum intelligimus. Iuuenalis: Crudum pauonem in balnea portas. Hoc uero a stomacho ad indigestum carmen Persius rettulit. Lectis in citreis: Vel quod in tabellis citreis hoc est ex citro arbore factis atque selectis describitur. Vel quoniam antiquiores poetæ parietes cubiculi incærabant: ut si qua noctu intra lectum carmina excogitassent: illic stilo facile annotaret. Horatius: Immeritusque laborat Iratis natus paries diis atque poetis. Citri sane arbor non multum crescit: & folia habet maiora quam laurus. In atlante autem monte plurima nascitur. De ea Martialis: Et maurisiaci pondera cara citri. Calidum scis ponere fumen: Et cenam dare: & lacernam uestem donare scis tua carmina laudaturis. Sumen uero porcarum mamma salita est. Scis comitem horridulum: Pro trementi horridum ponit: quoniam frigus horrorem solet inducere. Virgilius: Campique natantes lenibus horrescunt flabris. Lacerna trita: Lacerna genus uestis est. Iuuenalis Crispinus tyrias humero reuocante lacernas: Unde lacernatus: lacerna indutus deducitur ut apud eundem poetam: Ipse lacernata dum se iactaret amica. Qui pote: Quomodo possibile est? Nam hic & hæc potis & hoc pote dicitur: Unde comparatiuum potior: & superlatiuum potissimus: Et aduerbia potius & potissime deriuantur. Dicit autem quo pacto uerum narrari ab auditoribus tibi uis: quos beneficiis obligaris. Vis dicam: Vis ne: ut tibi uerum: & quod sentio: eloquar. Nugaris cum tibi calue pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Nugas loqueris ac prope insanis talia carmina describendo: cum ingenio rudi & pingui sis. Nam quod uentris est ad animum atque ingenium non sine causa rettulit. Ut enim Plinius undecimo libro scribit: minus solertes sunt quibus obesissimus uenter est. de Diogene autem mutuatus est: qui ut apud Laertium legitur in Anaximene iocatus inquit. Pingui aqualiculo rhetorem impartire: & nobis pauperibus uentrem: quippe & ipse leuigaberis: & nobis emolumento eris. Aqualiculus uero aluus est: in quam sordes confluunt: qui etsi proprie porcorum est: quandoque tamen de homine reperitur. Propenso sesquipede. Extenso ac porrecto. Sesquipes autem unum pedem: & semis continet. Sesqui enim semis significat. Varro de re rustica libro primo. Annus est diuisus in quattuor partes totus: Et idem subtilius sesquimenses in octo. Sesquimensis itaque mensum unum & semis complectitur. cum annus in duodecim menses partitus sit.

Bellum a bono dicitur

Accius

Veratrum. Helleborus

Iuuenalis

Horatius

Citrus

Martialis

Sumen

Lacerna. Iuuenalis

Hic & potis & pote

Plinius

Laertius

Diogenes

Aqualiculus. Aluus

Sesquipes

Varro

Sesqui

Sed recti finemque extremumque esse recuso  
 Euge tuum et belle: nam belle hoc excute totum.  
 Quid non intus habet? non hic est ilias acci  
 Ebria ueratro. non si qua elegida crudi  
 Dictarunt proceres. non quicquid denique lectis  
 Scribitur in citreis. calidum scis ponere fumen:  
 Scis comitem horridulum trita donare lacerna:  
 Et uerum inquis amo: uerum mihi dicite de me.  
 Qui pote: uis dicam: nugaris cum tibi calua  
 Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.

ab elegia diminutiuum deducitur. Crudi proceres: Crudum contrarium cocto dicimus. Sed cum de stomacho loquimur: non quod incoctum assumptum sit: sed quod stomachus non bene concoxerit crudum intelligimus. Iuuenalis: Crudum pauonem in balnea portas. Hoc uero a stomacho ad indigestum carmen Persius rettulit. Lectis in citreis: Vel quod in tabellis citreis hoc est ex citro arbore factis atque selectis describitur. Vel quoniam antiquiores poetæ parietes cubiculi incærabant: ut si qua noctu intra lectum carmina excogitassent: illic stilo facile annotaret. Horatius: Immeritusque laborat Iratis natus paries diis atque poetis. Citri sane arbor non multum crescit: & folia habet maiora quam laurus. In atlante autem monte plurima nascitur. De ea Martialis: Et maurisiaci pondera cara citri. Calidum scis ponere fumen: Et cenam dare: & lacernam uestem donare scis tua carmina laudaturis. Sumen uero porcarum mamma salita est. Scis comitem horridulum: Pro trementi horridum ponit: quoniam frigus horrorem solet inducere. Virgilius: Campique natantes lenibus horrescunt flabris. Lacerna trita: Lacerna genus uestis est. Iuuenalis Crispinus tyrias humero reuocante lacernas: Unde lacernatus: lacerna indutus deducitur ut apud eundem poetam: Ipse lacernata dum se iactaret amica. Qui pote: Quomodo possibile est? Nam hic & hæc potis & hoc pote dicitur: Unde comparatiuum potior: & superlatiuum potissimus: Et aduerbia potius & potissime deriuantur. Dicit autem quo pacto uerum narrari ab auditoribus tibi uis: quos beneficiis obligaris. Vis dicam: Vis ne: ut tibi uerum: & quod sentio: eloquar. Nugaris cum tibi calue pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Nugas loqueris ac prope insanis talia carmina describendo: cum ingenio rudi & pingui sis. Nam quod uentris est ad animum atque ingenium non sine causa rettulit. Ut enim Plinius undecimo libro scribit: minus solertes sunt quibus obesissimus uenter est. de Diogene autem mutuatus est: qui ut apud Laertium legitur in Anaximene iocatus inquit. Pingui aqualiculo rhetorem impartire: & nobis pauperibus uentrem: quippe & ipse leuigaberis: & nobis emolumento eris. Aqualiculus uero aluus est: in quam sordes confluunt: qui etsi proprie porcorum est: quandoque tamen de homine reperitur. Propenso sesquipede. Extenso ac porrecto. Sesquipes autem unum pedem: & semis continet. Sesqui enim semis significat. Varro de re rustica libro primo. Annus est diuisus in quattuor partes totus: Et idem subtilius sesquimenses in octo. Sesquimensis itaque mensum unum & semis complectitur. cum annus in duodecim menses partitus sit.



O Iane a tergo. Eiusmodi popularis auræ cupidos a tergo postea irrideri significat. Iam autē ppter ea inuocat: quod cū bifrons pingat: a tergo nequeat irrideri. Nulla ciconia. Extremis digitis in rostri formā collectis crebra manus & brachii motatione ciconiæ col lum & caput exprimitur in eius infamiā: quem ridemus. Pinfis. Pinfo uerbū antiquum est. Nam ante malōꝝ usus frumenta in pilis pinsebant. Vnde & pinsores dicti sunt. q po stea pistorēs cognomiati. Nec manus auriculas imitata ē mobilis albas. Applicatis expā

Ianus bi frons

Nō modos irrideri an tiquorum.

Pinsere. Pinsores. Pistorēs

O Iane a tergo quem nulla ciconia pinfit:  
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas:  
Nec linguæ quantum siciat canis apula tantum.  
Vos o patritius sanguis quos uiuere fas est:

sage manuū ad rpa pol licibus crebro palmage motu asini aures non si ne risu representant in eius ludibriū: quē a ter go irrideamus. Quod a Midæ auribus tractū est. Nec linguæ tantū. Linguā in aliqūe exer tare irrisionis ē signū. Siciat canis appula q̄tū Canis per æstum defa tigata multum linguæ exertat: in appulia præ fertim: ubi calores im mensi sunt. Vnde eā si ticulosam Horatius ap pellauit. Vos o patri nus sanguis. Meliores hortatur & quogē scrip ta diuturniora futura

Exertare

Calores in mēsi sūt in apulia

Siticulosus. a. u. z.

Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ.  
Quis populi sermo est? quis enim nisi carmina molli  
Nunc demum numero effluere: ut per leue seueros  
Effundat iunctura unguis: scit tendere uersum  
Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.  
Siue opus in mores: in luxum: et prandia regum:  
Dicere res grandes nostro dat musa poetæ  
Ecce modo heroas sensus afferre uidemus

uētosi sēp tois iēro gatio

sint: ne plausu & adulationibus capiantur: quo tales irrisiones effugiant. Occipiti ceco. Occiput & occipitiū posterior capitis est pars. Quam iure cæcam: cum oculis careat: ap pellauit. Posticæ occurrite sannæ Euitate irrisionem: quæ ab occipitio distorto ore & la bris contractis fit anteriorū dentium ostentatione. Quo uocabulo & Iuuenalis est usus .I. nunc & dubita qua sorbeat æra sanna Tullia. Hinc sannones ridiculi hoies: in dictis que fatui appellant. Cicero ad papirium petum salis enim satis est: sannionum parum. Sannatores quoque eos: qui benigne irrident: nūcupamus: Desannare etiam p fastidiū deridere significat. Posticæ sannæ. Postica dicunt quæ post nos sunt: sicut antica quæ ante. Vnde posticum hostium: in posteriore parte adiu situm dicitur. Horatius. Postico falle clientē. Quis populi sermo est? Ventosi scriptoris interrogatio quid de se populus colloquat. Quis. n. respondentis assentatio. Enim autem ornatus & metri causa posuit Virgilius. Quam pius æneas tibi enim tibi maxima in uno mactat. Molli numero flu ere. Nunc tandem elaborata perfecta que ad amussim carmina esse Vt per leue seueros effundat iunctura unguis. Translatio ab iis est: qui unguibus: lapidū coherentē iunctu ram probant. Marmorarii. n. iuncturas marmoræ tunc absolutas existimāt: cum unguis superductus nihil offendit. Hinc ad unguē facta esse dicimus: quæ absolutissima eē pu tari uolumus. Per laue. Leuigatum & planū. Læue. n. cum prima syllaba per æ diphon gum effertur: nitidū & perpolitū: sine diphtōgo uero prima breui: minime ponderosū significat. Oculo rubricā dirigat uno. Lignarii fabri: lapidumque sectores rubricata li nea opus dirigunt unoque oculo clauso eius rectitudinē metiunt: ne uago amboꝝ oculo rum discursu norma rectitudinis conturbetur. Rubrica uero pluribus nascitur locis: ru braque est & minio proxima colore. palma lemmiæ dabatur. fabris uero utilissima egyptia & affricana. In mores: in luxum in prandia regum. Quidā mores p comœdia: luxū pro satyra regū p prandia p tragœdia ponunt. In his sane uerbis cæsa oratione sine copu la interuallis distinctis articulus exornatio ē. Ecce modo heroas sensus. Ecce demonstra di aduerbiū ē. Atque ut Asconius pedianus in Verre scribit: i rebus i puifis Ciceronis p priū est. q non sine diligenti cura Virgilius quotiēs opus fuit sibi desumpsit: & hoc quo que in loco summa cū arte Persius posuit. Ineptos enim atque ineruditos poetas non ex pectato ac quasi de iprouiso reprehēdit. Qui cum lucū describere: aut ruris commoda laudare: quæ quidem parua sunt: nesciant: maxima tamen aggredi non erubescant.

Occiput. Occipitiuz

Iuuenalis

Sannones

Sannatores. Desannare

Antica. Postica

Horatius. Posticus

Ad unguem aliq fieri

Læue. Leue

Rubrica

Horatig

Ponere  
Lucus

Pales. Palilia.

Quo die sit roa fidata

Tibullus

Parechalis

L. quintig cincinnato dictato

Dentale.

Dictator

Lictor

Liuius

Horatig

Horatig

Brysea. ci.

Bryseus

Bryo

Byrsa

No cognoia bachi

Diodorus

Nugari solitos:græce uel græcorum more nugas inferere:uel græce describere. Quod Ho-  
ratus quoque in sermonibus carpit: a Quirino se monitum dicens: ne græcorum cateruas  
implere uelit. Nec ponere lucum artifices: nec qui artificiose aliquem describere lucum sci-  
ant: ponere. n. scribere est. Lucus uero a contrario nomine traxit: quia opaca adumbratio pa-  
rum luceat. Rus saturum: fertile ac copiosum: quodque saturare colentes possit. Et fumosa pa-  
lilia foeno. Pales dea pabulorum est: cui pastoralia sacra palilia quæ & parilia nuncupantur:

<sup>nugas inferere</sup> Nugari solitos <sup>græcorum more</sup> græce: <sup>scribere</sup> nec ponere <sup>siluam & nemorem situs</sup> lucos  
<sup>artificiose</sup> Artifices: <sup>fertile ac copiosus</sup> nec rus saturum <sup>in quo tunc sit uasa ex uiminibus facta</sup> laudare: <sup>sacra pastoralia in honore pales q dea est pabulorum</sup> ubi corbes  
<sup>ex ture</sup> Et focus et porci: et fumosa palilia foeno.  
<sup>te quintum</sup> Vnde remus sulcoque terens dentalia quinti:  
<sup>ueste q dictatores uidebat</sup> Quem trepida ante boues dictaturam induit uxor.  
<sup>infans</sup> Et tua aratra domum lictor tulit. euge poeta.  
<sup>male descripto</sup> Est nunc brisei quem uenosus liber acci

flammas transfilietque sacras. Vnde remus: ex quo rure Remus & Quintius puenerunt  
Parechalis autem: hoc est egressio quedam in ruris honore est: quæ cum suo loco ponitur: ornatum  
maximum confert: sed raras aptasque interferere conuenit. Sulcoque terens dentalia  
quinti: ad L. Quintium cincinnatum dictatorem dictum missi legati: nudum eum arantemque in-  
uenerunt: sed dictaturæ insignibus sumptis uolscos: sabinosque domuit: deque iis trium-  
phauit. Sextodecimo autem die dictatura deposita ad agriculturam reuertit. Dentalia: deta-  
le lignum est in quod uomem imittit. Vir. Duplici aptant dentalia dorso. Dictaturam induit:  
magistratum per uestem: quam dictaturam ineuntes assumunt ponit. Dictator autem ut Varroni pla-  
ceret: appellatus est: quod a consule diceretur: eiusque dicto audientes omnes essent. Lictor: lic-  
tores Romulus primus instituit: a ligandoque appellauit: hi carnificis officio fungentes uirgæ  
fasciculum cum securi ligatum portabant: magistratusque præibat: ac quoties iussi erat fasces sol-  
uere: prius uirgis reum cædebant: mox securi feriebat. Liuius de Bruti filiorum cæde: Missique  
lictores ad sumendum supplicium: nudatos uirgis cædunt: securique feriunt. Euge poeta: Ironi-  
ce cum irrisione clara uoce pronuntiandum est. Ridet. n. quod cum leuia ignoret: heroicis sensus atti-  
gerit. Est nunc brisei quem uenosus liber acci. eos nunc reprehendit: qui antiquitatis præcupidi  
melioribus grauioribusque omissis Accium Pacuiumque legebat. dupliciter autem hunc locum a  
peritioribus legi uideo. Quidam in laudem Accii uenosum librum: sanguine abundantem: gradilo-  
quum atque aiosum intelligunt: ut apud Hora. Aiosque accius oris. Bryseum uero Bacchicum  
legunt: quoniam in tutela bachi poetæ sunt. cæteri penitus contra sentiunt. Bryseum. n. furore in-  
faniaque bachantem: ut mistri liberi patris solent: & uenosum eius librum tanquam male descriptum  
ponunt. nam cum Persius cerneret accii & pacuii fabulas neglectis posterioribus crebro legi in-  
dignatus nullam grauem atque utilem lectionem concelebrari: non in lectores tantum sed et in scri-  
ptores ipsos modeste inuehit: alterum uenosum: uerucosum alterum esse dicens. quod ob eam sa-  
ne fecit. ut ab eorum assidua lectione facilius homines remoueret. quod neque in Persio admiretur  
cilium fluere & recte nec ne crocum floresque pambulet accii fabula dubitare se scribit. Bry-  
sei accii Bryseus ex uariis bacci cognominibus unum est. Quod aliqui a brysea ciuitate aoniæ: in qua  
Bachus colebatur. quodam ab antiquo uerbo bryo: quod emano. scaturioque significat: dici uolunt  
quoniam uel ex aluearibus mella: uel ex uuis musta exprimere prius docuit. Qui cum noui  
scriptores sint ueritas quæ in occulto lateat: ipse quoque eam opinionem subiiciam in qua doctos  
plerosque ire prospicio. quod est bryseum potius quam byrseum bachus cognominatum a byrsa pelle: quæ in bel-  
lis induebatur: existimat. ii. Nam apud Diodorum quito uolumine bachus in præliis pardalorum pel-  
libus usum constat. Byrsa autem corium ac tergus significare ostendit. Virgi. Mercatique solum fa-  
cti de nomine Byrsam Taurino quantum possent circumdare tergo. Postea uero quod huius cognomine  
eam reddidimus: non alienum a proposito nostro uidebitur: qui ad utilitatem discipulorum  
hæc scribimus: si cætera quoque bachi cognomina apud alios passim dispersa: nos hunc  
in locum breuiter redegerimus. Bachus: ut Diodorus refert: a mulieribus dictus est. quæ

illum bacchantes: hoc ē furētes sequebātur. Ab Ioue autē parente: urbe quæ nyssa: ubi educatus a nymphis fuit: Dionysius appellat. Liber pater: Lieusque dicitur: aut quod libertatem loquendi præster: aut quod uinum: cuius inuentor fuit: a curis homines liberet: aut quod exercitum apud Indos sua sapientia liberauit. A qua Iysii quoque cognomē a græcis auctore Plutar. meruit: & si quidam alii a Iyein: quod soluere significat: dictū putant. Leneus uero a torculari: quo uinum exprimit: dictus est. Bromius atque Pyrgenius a to-

Dionysius  
Liber pater. Lieus  
Lilius.  
Plutarcus  
Leneus. Bromius  
Pyrgenius. Mitrophoros

Sunt quos Pacuuiusque: et uerucosa moretur  
Anthiopa erumnis cor luctificabile fulta.  
Hos monitus pueris patres infundere lippos  
Cum uideas: quæris ne unde hac sartago loquendi  
Venerit in linguas: unde istud dedecus: in quo

nitru: qui eius in ortu contigit dicitur. Mitrophoros: quod mitra caput ligabat si quando uini potu agitabatur: ē appellatus. Dimitora quoque: hoc est bimatrem nuncupatum tradunt: quod ex uno patre duabusque matribus gemini Dionysii or-

Dimitora

ti sunt. Antea. n. Iuppiter ex Proserpina aliū Dionysium procrearat. Triumphator etiā dicit: qd' de Indis oīum primus in patriā rediēs triūphauit. Bassareus a longæ uestis habitu. Euchius ab Iouis laudatione: uel a uoce bacchantium dictus fert. Nyseus a nyssa urbe. Iachus ab effusione: uel uini: uel uocis lætitiæ causa nominat. Thyoneus a matris cognomine: quæ Thyone dicit: nuncupat. Venofus liber: Venarum plenus & malus a Iucidis gemmis translatio ē preciosioribus sine uenis: Pli. de carbunculis. Archelaus & in ægypto circa Thebas nasci tradidit: fragiles: uenofas: moriēti carboni similes. Acci: Acci paccii per apocopen figurā legitur: quæ est ablatio litteræ uel syllabæ de fine dictionis. De Accio uero Eusebius de temporibus olympiade centesima & sexagesima hæc scribit: Accius tragœdiæ scriptor agnoscitur natus Mancino & Serano consulibus parentibus libertinis: & seni iam Pacuuius tarēti sua scripta recitauit: a quo & fundus accianus iuxta pisaurum dicitur: quia illuc ex urbe inter colonos fuerat deductus. Sunt quos Pacuuius: Idem autor Olympiade sexta & quinquagesima supra centesimā de Pacuuius hæc refert. Pacuuius brundisus tragœdiæ scriptor clarus habet. Ennii poetæ ex filia nepos: uixitque Romæ quoad picturam exercuit: ac fabulas uēditauit. Deinde tarentū transgressus prope nonagenarius diem obiit. Verucosa antiopa: Si in laudem Pacuii referemus, Verucosa pro aspera laboriosaque sumemus. Si uero quod plures consentiūt: contra Pacuuiū exponemus. Verucosam hoc ē non appositæ descriptā intelligēus: sicut .n. ueruca corpus: ita in æqualitas stilum deturpat. Veruca at carūcula eminēs in corpore ē sine pruritu: cuius sanguis fricatione alias quoque contactu creat. De ea. Qu. Serenus. Interdū existit turpi ueruca papilla. Et mox: si rupta immētos fundit ueruca cruores. Locū etiā in monte editiorem atque excelsiorem uerucam antiqui nominauerunt. Pacuuius & uerucosa antiopa Endiadis hoc loco figura ē: quæ fit quotiens una res diuiditur in duas conuictione: quæ tamen in unum soluūtur conuictione detracta. Antiopā enim Pacuii intelligit: ut apud Vir. Pateris libamus & auro: p aureis pateris. Antiopa erumnis cor luctificabile fulta. Lycus thebæ rex antiopam Nicteii Lesbeii regis filiam uxorē duxit. Quā ab Ioue in satyri formam conuerso grauidam factam repudiavit: Dirceque nouam coniugem superduxit. Hæc uerita ne Lycus quandoque se reconciliaret antiopæ eam graui seruitio pressit: atque in uinculis tenuit. Sed instante partus tempore: regalibus manicis ruptis: i citheronē effugit: illicque Zetum & Amphionem sustulit. Qui primum a pastore quodam educati: longo postea interuallo a matre recogniti: cūctaque edocti: in eius uel conuictionē & Lycum interfecerunt: & Thebano regno occupato Dirce tauro indomito alligatam adeo usque fontem extra thebana mœnia distraxerunt: qui ab ea Dirce cognominatur. Hos pueris monitus: Cū parentes uideas scriptis antiquorū tragicis ac mollibus delectari: filiosque talia etiā edocere: mirandum non ē hanc parum uirilem atque enertem loquendi consuetudinem increuisse. Patres lippos: Oculorum uitium ad animi pispicaciam transtulit. Lippitudo enim morbus oculorum est mouens inspicienti fastidium. Hæc sartago loquendi: Sartaginem quæ latinæ frixorium dicitur: quia crepitum confusum in frictu emittit pro corrupto ac deprauato loquendi more accepit.

Iupit' ex pserpina diouis  
alius procreauit  
Triumphator. Bassareus  
Euchius. Nyseus. Thyone

Accius. Eusebius

Pacuuius

Veruca

Serenus

Endiadis.

Antiopa nictēi regis lesbii  
filia  
Dirces  
Lycus thebæ rex

Zetū  
Amphion filij iouis ex antiopa

Lippitudo  
Sartago. Fraxorium

Trossulus. Trossulus  
Pirius

Ceter. Flexumin

Sedes. Sella. Subsellius

Subsperere

Iuuenalis

Antithetò. Quintiliag  
Librare

Catullus  
Ceuere Cinædus

Nèò letus ad misericordias  
alios prouocabit

Nò naufragorū gñuetudinè

Trossulus lauis: Eques cultus & nitidus. Trossulos, n. eqtes antiquitas: ut Festus memi-  
nit: appellauit q sine peditū auxilio tuscorū oppidum Trossulum expugnarunt: quod &  
Pli. tertio & trigesimo libro his uerbis plane significat. Quin etiā ipsum equitum nomē  
sæpe uariatū ē: in iis quoque q ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo appel-  
lati sunt: deinde flexumines: postea Trossuli: cum oppidum in tuscis citra uulfinios hoc  
nomine passuum nouē milia sine ullo adiuuēto peditum cepissent. Exultat: Gestit &

applaudit. Per subse-  
lia: a sedendo sedes ac  
sella dicta est. Hinc sub-  
sellium: qd' non plane  
erat sella: sicut subsipe-  
re: nō plane sapere dī.  
Sūt at pprie Asc. autore  
subsellia triūuiroꝝ tri-  
bunorū: quæstorū & hu-  
iusmodi minora iudi-  
cia exercentium: q non  
in sellis currulibus nec  
tribunalibus: sed i sub-  
sellis confidebant. Re-  
citaturi at poemata au-  
ditoribus subsellia ster-  
nebant: Iuue. de Statio:  
Sed cū fregit subsellia  
uersu. Nil ne pudet:

Senex cū sis: in qua ætate prudētia maior inesse dēt: nōne pudet eiusmodi assentationi-  
bus delectari. Pericula: Quæ ex tali assentatoria laude: quæ insanire ppe nos facit: oriū-  
tur. Quin tepidum hoc optes audire decenter: Quin uehementer laudari: tibi que am-  
plaudi desideres: & ingenti uoluptate afficiaris: cum audis assentatores scripta tua: quæ  
tepida sunt decenter ac bene composita prædicantes. Tepidum: Quæ inepte descripta  
sunt: iure tepida nūcupat: cū in calore sanguinis ingenii uis consistat. Fur es ait Pedio:  
Ornatu: lasciuiaque uerborū: atque arte orationis tantū romanos teneri dicit: ut non so-  
lum in poematibus: sed etiā in causis pagendis eiusmodi mollitudine abutant. Ponit at  
aliquē furti peditū accusantē. Pedius qd: Qua defensiōe se Pedius tueat: cū i ius uenit:  
ostēdit. Crimina rasis librat i antithetis: Cū objecta crimina debeat ualidis rationibus  
confutare: quoniā p magna reo uincendi spes i cōfutatione locata ē: eius loco figuris elo-  
cutiōis abutit atque i re leui: fūcoque ofonis occupatus: uires ac neruos causæ prætermi-  
tit. Antitheton uero figura: Quin. autore contra positū: uel contentio dī: cū singula sin-  
gulis: uel bina binis opponūt. Rasis at p politis & elimatis tāq pilo carētibus posuit. Libra-  
re uero a libra tractū: æstimare ppēdereque significat. Bellū hoc bellū ē: O tu q tā lasci-  
ua scripta laudas: dicis que hoc bellū & hoc bellū ē: es ne tā pditis moribus hæc ut pbes.  
An Romule cæues: romulū p romāis ponit: q eūdē quē colūt imitari deberēt. Tanq uero  
d'uirilitate Romuli dubitaret: an romule cæues inqt: Moris, n. romāorū scriptorū fuit: cū  
i quēpiā inueherēt: romulū inuocare. Catul. Cinæde romule hæc uidebis & feres. Cæue-  
re at cinædorū ē leniter & oscene clunes dū subagitant mouentiū. Men moueat: Simili-  
tudo ē apte concinneque posita. Ait. n. si reū uidero tali uerborū artificio lenocinio se-  
tuentē: p inde ad misericordiā cōmouebor: ac si naufragū casū suū in tabula depictū cir-  
cūferentē: cātare audirē. Cui sic cantanti: cū plorare debeat: se assem datū negat. Quo-  
dicto illud horatianū ostēdit: illi in primis dolendū eē: q sui misereri alios uelit. Cum  
fracta te in trabe pictū ex humero portes. Mos erat eorū: q maris periculū euasissēt: depi-  
ctū naufragiū in tabella appēsa humeris circūferre: ut infortunio cognito ab inspectati-  
bus naufragiūque miserātibus stipē sibi aliquā compararēt. Fracta in trabem: In aliquo  
fractæ nauis fragmēto. Verū nec nocte paratū plorabit: Vere & ex corde: ex aīoque do-  
lebit & se sine talibus dicēdi figuris tuebit: q me ollet ad sui misericordiā commouere.  
Sed nūeris decor ē: Cū Persius eiusmodi sermonis lasciuia & mollitiē reprehendisset:  
Respondet aduersarius decorē: quo ueteres carebāt: tali scribendi stilo quæsitum esse.

eques

gestit

cultus & nitidus

Trossulus exultat tibi per subsellia lauis.

Nil ne pudet capiti non posse pericula cano

Pellere? quin tepidum hoc optes audire decenter.

Fur es ait pedio. pedius quid? crimina rasis

Librat in antithetis. doctas posuisse figuras

Laudatur. bellum hoc. bellum est? an romule cæues?

Men moueat quippe: et cantet si naufragus assem

Protulerim? cantas cum fracta te in trabe pictum

Ex humero portes. uerum: nec nocte paratum

Plorabit: qui me uolet incuruasse quærela.

Sed numeris decor est: et iunctura addita crudis.

Claudere sic didicit uersum berecinthus athis; Auctoritate poetarum sui sæculi affert: quod sic uersus componere consueverunt: ut ostendat non reprehensionem: sed laudem illos mereri: quod cum lepore ac uenere scribunt. Athis uero quodam proprium nomen poetarum dicunt: de quo Martialis ad Classicum: Nec dicat mihi luculentus atis. Nonnulli confictum nomen per ueritatem ac molli poeta ponunt: cuiusmodi Phrygius atis Cybele dilectus fuisse dicitur. Peritiores: quodam non proprium aut effictum poetarum nomen: sed fabulam ipsam de athis conscriptam intelligunt.

Martialis. Classicus  
Atis. Cybele  
Berecinthus

Claudere sic didicit uersum berecinthus athis:

Et qui caruleum dirimebat nereia delphin.

Sic costam longo subduximus apenino.

Arma uirum nonne hoc spumofum: et cortice pingui

Vt ramale uetus: a grandi subere coctum?

Quid nam igitur tenerum: et laxa ceruice legendum est?

Torua mimalloneis impleunt cornua bombis

Cæterum berecinthus: mons & urbs in phrygia est. Quo in loco mater deorum Cybele: quæ athis dilexerat: colebatur. Unde & ipse quoque athis berecinthus nominatur.

Delphin: Delphini fabulam pelago illudentis: ac uel Arionem metineum: uel quæpiam alium deuehentis: ab aliquo eius ætatis poeta descriptam reor.

Arion metineus

Nereum uero per mari posuit: cum deus marinus sit Oceani & Thetios filius. Sic costam longo subduximus apenino. Longum apeninum aliqui per exámetro uersu legunt: cui costa subducitur: cum spondeus per dactilo quinta in sede ponitur: uersumque antiquioris esse poetarum uolunt. Quidam uero apeninum montem per multitudinem ueterum poetarum: & costam per eorum ruditate duritieque accipiunt: ut respondentis depulsio talis sit. Hunc nostrum scribendi morem o Persi non iure arguis quod nimis apparatus & mollis sit. Eiusmodi, n. stilo ruditate omnem tanquam siluofam quandam costam apenino longo, i. multo carmini abstulimus: decorumque ac uenustatem omni turgiditate remota addidimus. Arma uirum: Quod multa inflatione carminibus nouissimi poetarum substraxerint exemplo ostendit: dicit, n. Nonne tibi o Persi: ut cæterorum omitta: uel maroniam opus inflatum turgidumque uides. Vegrandi subere: Et si scio prægrandi subere scriptum in omnibus fere exemplaribus præterquam ad modum paucis reperiri: ut ego tamen uegrandi potius quam prægrandi legendum putarim: Porphirion grammaticus me admonuit. Is in sermones Horatii super Vepallida lecto desiliat mulier sic scribit: Quidam putauerunt uepallidam nunc unam partem orationis esse: ut uegrandi subere coctum ait Persius flaccus. Præterea cum suber autore Plinii: uolumine sextodecimo arbor minima inter glandiferas sit: iure eam Persius uegrandem, i. paruam minutamque respectu aliarum arborum glandem ferentium appellauit. Vegrandem uero male grandem & paruam significare apertum est. Ve, n. syllabam rei paruæ ueteres præponebant: unde ueionem: paruam iouem: & uegrandem fabam: minutam fabam uocabant. In eadem significatione Ausonius secundo epigrammaton libro ait: Hic sæpe falsus messibus uegrandibus. Varro quoque secundo de re rustica: idem probat de foetura ouium sic scribit: Quod quæ postea concipiunt: sicut uegrandes atque imbecillæ: Quare cum inter glandiferas minima suber sit: uegrandis uero paruam significet: si prægrandi legeret: esset cum contra arboris quantitate: tum Porphirionis doctissimi atque diligentissimi uiri auctoritate. Sunt tamen qui Porphirionis testimonio ducti: cum uegrandi legendum assentiant: per multum & ualde grandem accipiunt quodam prægrandi potius legi uolunt. Coctum: Antiquum. Multi, n. temporis aliquid coctum dicitur: unde recocti homines ipso usu & frequentia & longitudine temporis cautiore: exercitatio resque facti cognominantur: Hora, in sermo. Præterque recoctus scriba ex quinque uiro cornu deludet hiantem. Quid nam igitur tenerum: Si stilus uirgilianus turgidus & inflatus uides tibi: Respondet Persius: quidnam graue & ornatum putandum est. Et laxa ceruice: Libera ac remissa ceruice: & quæ per qualitate carminis inflectatur. Torua mimalloneis. Et si quodam hæc Persii uerba putat cum indignatione interrogatis: an hæc talia carmina sint: quæ laxa ceruice legantur: satius tamen est: ut ea respondenti aduersario tribuamus. Cum, n. poeta interrogari: quod laxa ceruice legendum esset: ex quo Virgilium non probaret: Respondet ille hæc carmina quæ subiungit eiusmodi esse: ut iocunde ac flexibiliter legi possint: quæ sane carmina uel alicuius poetarum contemporanei: uel Neronis principis sunt: quæ constat autore Suetonio uersus notissimos conscripsisse. Hos autem maxime uersus poeta posuit in eorum reprehensionem: qui grandiore sonum captantes: rerum sensus nequaquam aduertunt.

Nereus oceani & thetios filius

Porphirion

Plinius. Suber.

Vegradis. Vepallida  
Verous. Vegradis faba

Ausonius. Varro

Suber

Coctum.

Recocti

Horatius

Nero carmina scripsit  
Suetonius

Mimalones  
Mima mōs ionæ

Vii dñr mimalones

Licophoro

Toruū

**Mimaloneis bombis:** Mimalonēs bacchæ mulieres sunt cornua in orgiis ferētes: ea quæ spiritu inflātes. Cognomināt uero ut plures autumāt: a mima mōte ionæ: de quo P li. li. quito & Stra. quartodecimo referūt: In ionia. n. iuxta lebedū: quæ urbs non pcul a minare locata ē: artificium liberi p̄ris conuentus ē: & Ionū habitatio usque in Helespontū: in q̄ solēnia & certamīa libero p̄ri quot annis celebrant. Veg. q̄dem ex doctioribus a mimume græco uerbo: qd̄ imitor significat: Mimalones dictas aiūt: q̄ libeꝝ p̄rem imitent: & ad eius imitationē cornua ferrēt. unde et Cassandra Lycophoron clari mimalonē appellat: qd̄ i claro: ubi Apollinis re sponsa dabant: artē uaticinandi ab eo edocta in uaticiniis illū imitantes. Torua cornua: ad sonantiū toruitatē respexit. Toruū at a tau-

Et sectum uitulo caput ablatura superbe

Bassaris: et lincem menas flexura corimbis

Euchion ingeminat: reparabilis assonat aecho.

Hæc fierent si testiculi uena ulla paterni

Viueret in nobis: summa de lumbe salua

Hoc natat in labris: et in udo est menas et athis.

ris tractū ē: cū quadā truculentia irati respectant. Cornua uero inflexa erāt a curuo aere q̄ ea curuarent: cognominata. Inde cornicen: ut a tuba tubicen deriuat. In orgiis at̄ p̄pterea cornibus urebant: q̄ bacchus illis in capite usus sit. Ei uero cornua dedit antiquitas: uel q̄ hoies nimio uino: cuius ipse inuētor fuerit: truces fiāt. Vel ut Dio. placet: q̄ primus tauros iugo submiserit: atque arare terras docuerit. **Vitulo caput ablatura supbo bassaris:** Pentheus Echionis filius Thebarū rex liberi p̄ris numen: ita contēns dei ab Agaue m̄se reliq̄sque thyadibus uitulū eū eē credentibus discerptus ē. Bassarides autē bacchæ sunt a Bassareo appellata. Bassareus uero unum e cognominibus bacchi ē. Hor. non ego te candide bassareū inuitum quatiā. A genere autē uestis: quā induebat autore Porphirio ne bassareus d̄r. Ea sane uestis ad pedes fluebat. Statius: Si decet aurata bacchū uestigia palla utere. A bassara uero loco Lydiæ cognominata ē: ut noui qdā scriptores l̄ris madauere. Et lyncē menas flexura: a tygribus lyncibusque bacchi currus trahebat. Sta. Effrenæ dextra leuaque sequūt lynces: & uda mero lambūt retinacula tygres. Baccha uero mulier i liberi p̄ris mysteriis lyncē ad dei curꝝ positā tāq̄ auriga deflectebat. Lynx qd̄ ut Pli. locis pluribus autor est: binos utrinque digitos hēt linguāque serpentiū simile in magnā longitudinē porrigit: gradibusque unguis ceu graculus ē: circūagiturque collū i aduersum se. Peregrina ē auis & clarissime cernit atque i aethiopia nascit. **Menas:** Menades a mænome græco uerbo: q̄ furor significat: appellata: ut Diodo. i quinto scribit: Bacchæ mulieres sunt libeꝝ p̄rem sēp secuta. **Corymbis:** Corymbi acini hederæ sunt: q̄bus bacchus coronabat: Tibullus: Sed uarii flore: & frons redimita corymbis. **Euchion ingeminat:** Ut Acron scribit ex eu: qd̄ bonū significat & hios filiū euchius componit. Ait. n. bacchū in leonē conuersum: primū deoꝝ omium illi giganteo i p̄elio affuisse: Rhœrūque interfecisse: ex quo facto eū Iuppiter ita laudauit euchia. i. boue fili. Porphirion at̄ a uoce bacchantiū dictū refert. Nam hæc uox i bacchi sacris iactabat: Ob qd̄ ingeminari euchion dixit. **Reparabilis echo:** Quæ ipsa repercussione uocis: ut i conuallibus & concameratis locis audimus: reparat. Natura. n. locoꝝ euenit & plerūque conualliū: ut acceptæ uoces nūerosiore repercussu multiplicent. Nomenque echo eiusmodi uoci a græcis datum ē: ut Pli. sexto & trigesimo libro scribit. **Hæc fierēt:** Indignāter cū acrimonia uultus & ceruicis agitatione: uoceque clariore legēdū ē. Ait. n. Persius: Si qd̄ i nobis utilitatis p̄riæ super eēt: nequaq̄ scripta eiusmodi pbaremus. **Hoc de lūbe natat i labris:** Hæc mollia & enervia sæpe legimus: crebroque in ore habemus. Genitalis at̄ feminis sedes in lūbis ē. Vnde a sacris l̄ris lūbos ut præcingamus: admonemur. De lūbe uero hominem effœminatū & mollē ob nimiā uenerē dicimus. Hinc d̄ lūbe carmē p̄ lasciuo: minimeque uirili trāffer tur. Et i udo ē menas & hat̄is: d̄ menade atque hati uersus crebro legūt. In trāslatione at̄ uerboꝝ manet. Nā cū saluā ac natate posuerit: nūc merito uduum addidit. Vocis. n. iter uduū ē: quæ p̄ uduā arteriæ ac fautiū uiam labitur: Virg. de almone. Hæsit. n. sub guttere uulnus & uduā uocis iter. **Nec pluteū cædit:** nec demorsos sapit ungues. Neque accurate neque apposita scriptū est: ex Horatio uero transtulit: qui in sermonibus ait. Et in uersu faciendo. Sæpe caput scaberet uiuos & roderet ungues. Stilus autem tardus potius ac diligēs: q̄ celer & lāgidus eē dēt. Nā q̄ bene scribit̄ satis celeriter scribit̄. Qui uero morā sti-

Bassaris. Diodorus  
Bachy p̄m̄g subegit iugo tau  
ros & docuit trās arare.

Pentheus. Echion. Agaue

Bassaræ. Horatius

Porphirion. Statius

Bassara.

Lynx

Diodoro Menas

Tibullus Corymbi

Euchius. Acron

Delumbis. e.

Virgilius

Horatius

Io iudiciūque apponūt ī ipso limæ lobore irati interdū & caput scabūt & pluteos cadūt & extremos ungues morficāt: quæ tamē corā aliis fieri non decet. Nā ut scribit Quin. rīdícula sunt: nisi cū soli sumus. Nec pluteū cadit: Plutei pprie crates e corio crudo intētae sunt: quæ militibus opus faciētibz: ne ab hostibus lædi possent: opponebant. Postea uero ē tabulæ qbus aliqd præsepiret: eodē noīe dictæ sūt. hinc libroꝝ & tabulæ: signo rūque repositoria: plutei appellant. Iuue. Et iubet archetypoz pluteum seruare cleantas.

Quintilianus Pluteꝝ

Iuuenalis

<sup>libroz</sup>  
**Nec pluteum cadit: nec demorfos sapit ungues.**  
**Sed quid opus teneras mordaci radere uero**  
**Auriculas: uide sis ne maiorum tibi forte**  
**Limina frigescant: sonat hic de nare canina**  
**Littera. per me equidem sint omnia protinus alba**  
**Nil moror. euge omnes etenim bene mire eritis res.**  
**Hoc iuuat. hic inquis ueto quisq̄ faxit oletum.**  
**Pinge duos angues: sacer est pueri locus extra**  
**Meite. discedo. secuit lucilius urbem.**

Sed quid opus teneras mordaci radere uero auriculas: Interrogat aduersarius qd causæ sit. cur alios reprehēdo odiū ī se contrahit. Admonet at ex eiusmodi scriptis: mortis ei periculū imminere. Magna uero ī his uerbis est uis: Nā & mordax ueꝝ esse & non tāgere: sed radere aures: atque eas teneras dixit: utpote quæ celerius reprehensionem admittant ppreaeque

uehēmētius indignent. Vide sis ne maior tibi forte limina frigescant: Vide si satyrā scripseris: ne a potētioribus occidaris. Frigescere. n. sibi potētior limina nihil ē aliud: q̄ a potentioribus frigore: hoc ē morte: quæ frigus uī caloris extincta inducit feriri. Totus uero hic locus ex Trebatiano admonitu apud Hora. sumptus ē. O puer ut sis uitalis meruo: & maior ne qs amicus frigore te feriat. Sonat hic de nare canina lra: Hac tua in satyra tāta inē mordacitas q̄rā irritatus canis rigēdo solet ostēdere. R. at lra canibus tribuit. Irati. n. canes restrictis dētibus. R. lram ringēdo exprimūt: Vnde & irritare Dona. autore de ductū ē. Per me eqdē sint oia ptinus alba: Ironice responder p̄suis: q̄rū ad me ptinet ne mo nigra: turpique nota afficiet. Nihil. n. ī quēpiā scribā. Euge oēs bene mire eritis res: Assentiētis ppe: & quasi sponte sua congratulātis: q̄ bene se res habebit: si satyram non atigerit. Totū uero p̄ ironiā cū risu legendū ē. Nā tacite eū ridēs: oia uitia hominū se descriptuz significat. Hoc iuuat: Si ppe mentē tuā p̄spicio: quēq̄ non reprehēdi te iuuat. Hic inqs ueto qsq̄ faxit oletū: Veto ne qs hic uentrē exoneret. In re aut subsordida similitudo assūpta ē. Ait. n. Hic uetas excremeta deponi: q̄si satyrici carminis graue olētia quēq̄ potētior notari phibes. Oletū uero ab oleo: qd̄ in præterito & olui facit & oleui: unde oletū deducit: tractū ē: Autore at Festo stercus humanū significat. Veranius. Sacerdotula ī sacrario fecit oletū. pprie uero p̄ loco: in quo meminimus atque excernimus: ponitur. Tacitus ī Nerone: Gymnasiū eo anno dedicatū a Nerone præbitūque oletū eq̄ti ac senatui. Pinge duos angues: quoniā hic exercendū: hoc ē ī aliquē primatē inuehēdū eē nequaq̄ cēs. Pinge aliqd̄ signū: quo moneat a qbus mihi sit abstinēdū. Geniū uero loci p̄ angues ostēdit. Nā locū nullū uereres carere genio putauerūt: q̄ p̄ anguiū picturā gēio sacratōꝝ demonstrabat: Vir. Incertus geniū ne loci: famulū ne parētis eē putet. Duplex uero eoz gēus ē autore Pli. nono & uigesimo li. Quidā. n. in aq̄: nonnulli in terra uiuūt inter se fere p̄ similes. Pulcherrimum uero anguiū gēus ē qd̄ ī aq̄ uiuit: hydri uocāt: sed hi noxi ac nulli serpiū inferiores ueneno. Cæteri placidi ac fere semp innocui sūt. In terrenis at anguibz multa eē remedia credebāt: uulgoque Romæ & ī domibus pascebātur: Aesculapioque salutis ac medicīæ deo cōsecrabāt. pueri sacer ē locus: extra meite. Vterez qbus ī locis oletū fieri nolebāt: angues tāq̄ loci geniū depingebāt: quo signo p̄specto īde metu pueri discedebāt: p̄ quā similitudinē pollicet: si sibi ostēderit a qbus abstinēdū sit: nō ī eos q̄piā se scriptuz: sed illi hinc tāq̄ e loco quodā uerito discessuz. Discedo: se paratū a reliqs hoc uerbū cū aliquo iteruallo p̄nūciādū ē: quo melius Persii asseueratio de sua discessione p̄cipiat. Secuit lucilius urbē: cū supius nihil se scriptuz p̄misisset: uolūtate nūc imutata: cū lucilio iqt: Horatioque licuerit quēuis apte magna cū libertate reprehēdere: cur nō & mihi satyrā scribere: uel clāculū cōcedet. Secuit: hoc uerbo amaritudinē acrimoniāque Lucillii exprimit: q̄ nō cōtētus paucos intra satyræ legē reprehēdere: totā urbē acrius flagellarit. Te lupe muti: Lucilliū maiorē Pompeii magni fuisse cōstat:

Horatio

Donatus

Oleo. es. olui. oleui  
 Festus. Veraniꝝ

Tacitus

Geniū loci p̄ angues ostēdit

Virgiliꝝ

Auia pompeij soror lucilij fuit  
Horatius  
Iuuenalis. Acer.

Horatius

Iuuenalis

Hieronius

Nam Pompeii auia: Lucilii soror fuit: eius nobilitatis Hora. in sermo. meminit. Quicquid sum ego: quis infra Lucili celsum. Ex aruca uero urbe non pcul a Pontinis paludibus genus duxit: Iuue. Per quem magnus equos aruca flexit alunus. Acer at & uioles poeta fuit primusque apud latinos satyra scripsit. Sed in primo eius libro: ut apud Serui. legit: Dii conciliu hre: & d'interitu lupi cuiusda in repu. ducis agei inducuf. Mutiu quoque praepotentē: sed malū ac noxiū ciuē carmine suo pstrinxit. De lupo Ho. Famosisque lupo

cooperto uersibus: De Mutio Iuue. qd refert scriptis ignoscat Mutius: an nō. Et genuinū fregit i illis: qui alios reprehēdunt: genuinū dētem agitare: qsi contundere morsicus: lacerare que dicunt: Hiero. ad Marcellā. In plerisque puinciis familiare est: ut genuino dēte se laceret. Vex quoniā ad genuinū peruentū ē: non

Te lupe te muti et genuinum fregit in illis.  
Omne uaser uitium ridenti flaccus amico  
Tangit: et admissus circum praecordia ludit  
Calidus excusso populum suspendere naso.  
Men mutire nephas: nec clam: nec cum scrobe. nusq;  
Hic tamen infodiam. uidi: uidi ipse libelle  
Auriculas asini quis non habet? hoc ego opertum:  
Hoc ridere meum: tam nil: nulla tibi uendo

Noia detuz  
Primores. Temici.  
Canini Molares  
Genuini

Nasuti. Martialis

Mutire

Scrobes

Midas gordij filius rex phrygie  
Cicero

Cornutus

Philostatus

praeter re ee uidebit: si pauca d' detibus Celsu: Pliniūque secuti scripserimus. Duriores osse detes sunt: quoz pars maxilla: pars superiori ossi mala: haret. In huano at ore q' terni ordines detiu sut. Ex his q' terni primi lati & acuti: & qbus prio morsus affigit: primores a nostris: qa primi sut: temici a graecis: qa secat dicuf. Post hos rotudi ali q' tenus & inserta modu acuti: canini locati sut: q hos loco tertio subsequuf. duplices ac cibū conficietes molares dicuf: Iuue. Interque molares difficile crescere cibo. Vltimi oium genuini sut q sero gigni solēt. Na circiter. xx. annu quadoque & lxxx. innascunt: quoniā uero a genis dependat: genuini cognomiatu. Et admissus circū praecordia ludit: Extat homini: ut Pli. xi. lib. scribit: ab inferiori uiscerū pte sepanf mebranis qua praecordia: qa cordi praetēdunt: appellat. Quāq' ut lib. xxx. idē ait praecordia uno noie extat in hoie nūcupamus. His in mebranis praecipua ē sedes hilaritatis: q' i titillatu maxie alag' intelligit non alibi tenuiore cute humana: ob qd' maxia illic dulcedo scabēdi est. Cuius rei Persius non ignarus a lectoribus admissū Horatiū circa praecordia ludere: & eos quasi titillare significat. Quod sane ad horatianos sales referēdū ē. Callidus excusso populū suspendere naso: Doctus populū reprehēdere ac ridere. Nasu. n. contrahimus: cū aliqūe deridēus. Vnde nasuti p reprehēsoribus atque irrisoribus capiuf: Mar. Nasutus sis usque licet: sis deni que nasus. Callidi uero: ut scribit Ci. iii. de natura deoz libro: dicti sut: quoz tāq' manus ope: sic aiūs usu concalluit. Men mutire nephas: cū Lucil. atque Hora. acriter & apte reprehēderit nonne me loq' uel claculū pmissū erit. Nec cū scrobe. Scrobes fossa intra terrā manu facta ē ad uineas: uel arbores conserēdas: uel metalla & quacūque alia fodiēda.

Nusq; respōdet aduersarius: ne i scrobe qdē & occulte licere ei queq' corripere. Possumus & aliter ordiare: ut cū p'ius dixerit: Est ne me mutire ac loq' nefas: ille respondeat: Nec clā: nec cū scrobe te i alterz loq' decet. Qua qdē phibitione p'ius subiratus qsi interrogas cū idignatione derugata fronte respondeat. Nusq' hoc ē: nonne saltē clā & cū scrobe mutire possū. Ac deide cū aliqtulo iteruallo sedata uoce subiūgat. Hic tamē ifodiā: hūc suū libellū significas. Vidi uidi: conduplicatio color ē eiusdē uerbi iteratione ad maiore affectū ai exprimēdū: magis q' qd' sentit i auditorz ais infigēdū. Ci. p' Milone: Erit erit illd' pfecto tēpus & illucescet aliqdo dies. Auriculas asini quis non hēt: Midas Gordii filius Phrygiae rex inter Marsia: uel ut Oui. scribit: inter panē atque Apollinē iudex electus ex hebeti suo igenio: cū sniam p' Marsia tulisset: apollo eū asininis auribus deturpauit. hac auritū de formitas cū ceteros ois praeter tonsorē eius lateret: tonsor uero nec reticere uisū posset: nec pdere cuiq' auderet: i agrz secessit: scrobēque effodit: accapite i eā demisso tenui uocula rettulit: q' es midae aures aspexisset: non multo post cū arūdines ibi natae leui aura motaret: eadē uerba: qua tonsor regius scrobi dixerat referebat: hoc ē: Auriculas asini Mida rex hēt: quo pacto hūc uersum prio poeta posuit. Sed postea monente cornuto ut nunc legit: imutauit: ne tā apte in se dictū Nero aduerteret. Ceterum mihi eius modi figmentū diligentius pscrutanti simile ueri fit quod Philostratus libro sexto his uerbis scribit: Ipse enim Mida satyrorum genus participauit: quod ipsius aures manifestant.



Satyrus igitur quidam propter affinitatem ipsi illudebat in midae aures calumnias iactans: nec uoce solū  
 uegete tibiis in ipsum carmina decantabat. Hoc ego optū. hoc quod claculum scribo: quodque tam pui  
 fieri & a quoque non lectum iri existimas: nulla acciana iliade commutare. Audaci quocumque. nō  
 contempторibus: sed ab iis quod graues scriptores legere assueti sint & a satyra non abhorreat.  
 legi uult. Cratinus uero atheniensis & Eupolis atque Aristopha: que prae grandem senem appel  
 lat: prae faciam comaediam multa cum libertate ante descripsere. Palles: cum pallore legis uitioque me

Cratinus. Eupolis  
 Aristophanes

ab actō trāslata

Iliada. audaci quicumque afflate cratyno

Iratum eupolidem praegrandi cum senepalles:

Aspice et hac si forte aliquid decoctius audis.

Vnde uaporata lector mihi ferueat aure

Non hic qui in crepidas graiorum ludere gestit

Sordidus: et lusco qui possit discere lusce.

Sese aliquem credens italo quod honore supinus

Fregerit heminas arreti adilis iniquas

Nec qui abaco numeros et secto in puluere metas

tu. Si forte aliquid decoctius audis. Modestissime  
 de se loquitur. ait. n. quocumque  
 alios satyros legisti: me  
 um quoque hoc opus a  
 spice: nisi forte legi indi  
 gnū sit. decoctius autem pro  
 bene concocto & appo  
 site scripto ponit. Con  
 tra superius crudos pce  
 res quod non bene describe  
 rit appellauit. Vnde ua  
 porata lector mihi fer  
 ueat aure. Vnde hoc est  
 quod mei opis lectione eru  
 bescat lector eius a me

aure uaporata. quodam uetera exemplaria idem habent. Quo modo si legemus: non a proprio: sed ab il  
 lis antiquioribus satyris aure uaporata intelligemus. Vaporata aure. hodie quoque moris est. ut  
 quem acriter reprehenderis: ei aure calefecisse dicas. non sine causa uero in puerbum hoc uenit  
 Aures. n. iditiam ante sunt: & in mulieribus commissum adulterium rubor produnt. Iuue. uexatasque co  
 mas & uultum aureque calere in eoque & omnium iumentorum generum: ut Pli. xi. uoluit auctor est: idi  
 tia ante praefertur: fessis marcidis: nutantes pauidis. subrecte furcibus: resolutae ageris sunt.  
 Auribus autem Lactantia. auc. a uocibus hauriendis impositum nomen est. unde Vir. Vocemque his auribus  
 hausi. aut quia uocem ipsam graeci audiri uocant ab auditu per imutationem litterae aures uelut audes  
 sunt notatae. In crepidas graiorum. Crepidas pro philo ponit: quia huiusmodi calciamenti genere  
 utebantur. Et lusco qui possit dicere lusce. & qui sine aliquo defectu lusco exprobrat quod nulla  
 sua culpa contigerit. quod non nisi ab ineptis fatuisque hominibus fit. Lusci uero quocumque hebetioris  
 quandoque uisus repitum proprie tamen altero capiti oculo appellatur. Italo quod honore supinus  
 existimas se iam magnam uix esse factum ex quo aedilitate adeptus est. Supinus uero: & si quidam pro  
 supbo legunt: pro ocioso tamen & molli negligetique ponit. Quod a re ipsa tractum est. quod n. su  
 pini iacet: ociose ac molliter negligenter degunt. Sene. epistolae ad Lucillum libro. vi. Est quod  
 mi lucili supinus & negligens qui in amici memoria ab aliquo regione admonitus reducit. Iuue.  
 & multum referes de moecenatae supio. Moecenas uero est ab Horat. mollis scribitur: ut Mal  
 cinus tunicis de illis ambulat. Hic & supinior in eadem significatione deductum est. Mar. Nusquam de  
 litiae supiniores. Fregerit heminas arreti adilis iniquas. Postquam e sacro monte in urbem reuersa est:  
 aediles quattuor plebs creauit: qui sacrae priuataeque aedium curam haberent. Vnde & appellationem  
 sortiti sunt. Aut quod ad eos facilis aditus plebi esset. Hi quoque a nona praerant. Sed cesare te  
 pestate cereales est appellati regiones pagabant: mensurarumque & omnium ad annonam pertinentium  
 curam habebant. Iuue. & de mensura ius dicere: uasa miora Fragere panosus uacuis adilis ulu  
 bris. Hemina autem mensurae genus est: quod uinum uel frumentum metiebatur. ab hemis quod semis signi  
 ficat: appellata. Dimidium. n. sextarii continet. Agellius libro tertio. si e sextario hemina fu  
 sa est: sed dimidium. Nec qui abaco numeros. nec qui mathematicas artes irrideat. Mathe. n. quatuor  
 tuor in partes diuisa est. Arithmetica: quae numeros. Geometria quae dimensiones. Musica quae  
 sonos. Astrologia quae celum ac stellas complectitur. per numeros uero arithmetica ostendit.  
 Quamquam n. abacus mensa est: supra quam uasa & pocula reponuntur: ut Iuue. Vrcoli sex or  
 namentum abaci. & Pli. libro ultimo. uasa ex auro & gemis abacorum nouem. interdum tamen pro  
 quadrata gypsoque oblita tabella ponit: in qua quoniam arithmetici numeri conscribuntur  
 abacus ars ipsa arithmetica nuncupatur. Et secto in puluere metas. Geometria significat  
 cuius partes: linea: superficies: corpus solidum sunt: cuiusque officium est latitudinem: altitu  
 dinem: profunditatemque omnium corporum dimetiri. Eiusmodi autem figuras geometrae  
 in arena maxime uel in puluere radio describebant. Philostratus circiter operis finem  
 partim libris legedis incombebant partim geometricas quasdam figuras in puluere designabant.

Inditiam ante sunt aures  
 Iuuenalis. Plinius

Lactantia. Auris unde  
 Audim. i. est uox

Crepide  
 Luscus

Supino  
 Seneca  
 Iuuenalis

Horatius

Ediles  
 Cereales

Hemina

Abacus

Philostratus

Cynus. Antisthenes.  
Cynos

Nonaria

Calliroe. acheloi filia  
Alomeones

Si cynico barbā petulās nouaria uellat. Si meretrix philosopho illudit Cynici uero Antisthenis sectatores uel a gymnasio cyno fargi: ubi Antisthenes uersabat: cognominati sū uel a cynos. i. a cane. quoniā essent in cauillis castigationibusque more canū mordaces. uel quod obscenitate; licētiaque sermonis rabiē quādā caninā represētaret. sunt tamē q a contrario potius dictos tradāt: q̄a nequaq̄ ut canes adularent: sed oratione ac gestu in delinquētes inueherēt. Petulās nouaria. Nouaria: ut fere docti oēs consentiūt: meretri

Scit risisse uaser multum gaudere paratus

Si cinico barbā petulans nonaria uellat.

His mane edictum post prandia calliroen do.

Satyra secunda.

Vnc macrine diem numerā meliore lapillo:

Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Funde merum genio non tu prece poscis emaci:

Quæ nisi seductis nequeas committere diuis.

At bona pars procerum tacita libabit acerra.

Haud cuiuis prōptū ē: murmurque: hūilesque susurros

Tollere de templis: et aperto uiuere uoto.

Mens bona: fama: fides hæc clare ut audiat hospes.

Illa sibi introrsum: et sub lingua imurmurat. o si

Ebulliat patrii præclarum funus: et o si

& Solinum in arabia & attica & iudæa: apud Valerium flaccum & in paphlagonia reperitur. dicunt eiusmodi uiris tanquam mollibus luxuriosisque dari: ut post prandia natiōi indulgeant. Equidem Calliroen meretricis nomen existimo. Ait enim. Ab his doctrinæ ac sapientiæ derisoribus legi nollo. Quin potius illis do ut mane prætorio edicto a lupanaribus abstineant. post prandia uero scortis uacare liceat. Qui sensus cum nonaria plane conuenit.

Vnc Macrine diem. Impia mortaliū uota carpit: qui a diis scelestā nefariaque petentes: frustra ingentia offerūt munera: cum non ditia dona: sed probi mores ad templa deferri debeant. Meliore lapillo. Consuetudo scelicitū: infelicitium ut dieꝝ uersicoloribus lapillis designandorum a thracibus auctore Plinio emanauit. Eius uerba e libro septimo hic subieci. uana mortalitas & ad conscribendam seipsam ingeniosa computat more thraciæ gentis: quæ calculos colore districtos pro experimento cuiusque diei in urnani condit: ac supremo die seperatos dinumerat: atque ita de uno quoque pronūciat. Funde merū genio. Naturæ deus humanæ genius est: cui natali die sacrificatur. Non tu prece poscis emaci: Eum laudat: quod deus honesta & recta postulet. Prece emaci. Cum donis aliquid impetramus: id emissē uidemur. Qui uero preces ad superos cū muneribus fundunt: emaci prece poscere id dicuntur. Seductis diuis. secreto & sine arbitris. Vt bona pars. Maiorem sacrificantiū numerū impie uouere significat. Tacita acerra. Ipsi taciti & uocem non attollentes: ne eorū uota nefaria deprehendantur. Acerra uero arcula est tūri condendo ac seruando deseruiens: quæ ad templa cū erat necessitas ferebat. Virgilius. Farre pio & plena supplex ueneratur acerra. Haud cuiuis p̄mptum est. non facile cunctis est aperte superos deprecari: quoniā iniqua uota eorū sunt. O si ebullit. Impia iniqui hominis uota connumerat. O si autem optanti aduerbiū est. Quod cum iterū repetat: conduplicatione utit ad maiore effectū aī ostendēdū.

Nō consuetudinē thraciz  
Plinius

Seducere.

Acerra

Virgilius

**Sub rastro crepet seria.** O si dum terrā effodio percussa rastro seria crepitū reddat. Est autē seria uas fictile. **Liuius** de secundo bello punico libro quarto. Et in uico istrisio fontē sub terra tanta ui aquā fluxisse: ut serias doliāque: quā in eo loco erāt puolura: uelut ipetus torrentis tulerit. A seria quoque seriola diminutiū exorīt: ut seriola ueterē metuos deradere limū. **Dextro hercule.** Bono & propitio. Sic **Virg.** Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo. Non solū autē **Mercurius**: sed et **Hercules** lucro praeest. **Horatius** in sermo-

Seria. **Liuius**  
Seriola **Virgilius**  
Horatius

**Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro**  
**Hercule:** pupillumue utinam quem proximus haeres  
**Impello:** expingam. nam et est scabiosus: et acri  
**Bile** tumet. nerio iam tertia ducitur uxor.

**Hæc sancte ut possas thiberino in flumine merges.**  
**Heus** age responde: minimum quod scire laboro.  
**De ioue** quid sentis? est ne ut praeponere cures  
**Hunc** cuiq̄? quo nam? uis statio? an scilicet haeres?  
**Quis** potior iudex: puerisue quis aptior orbis?  
**Hoc** igitur quod tu iouis aurem impellere tentas

nibus. Diues amico hercule. Ob eā uero causā thesauris praeest: qđ itē ros questui multos labores: incōmodaque subitū necesse ē quēadmodū non sine magnis difficultatibus hercules iniūctos labores exanclauit. **Expingua:** p morte extrudā atque amouea. **Nāque ē scabiosus** ostendit eū facile mori posse quoniā bili scabie que laboreat. **Scabies** uero ut **Celsus** in qnto refert: ē durior cutis rubi

Scabies  
**Celsus**

cūda ex q̄ pustula oriūt: quaedā hūdiōres: quaedā sicciōres. Exit ex qbusdā sanies fitque ex his continuata exulceratio pruriens serpitque qbusdā cito: atque ī aliis qđ ex toro definit: in aliis uero certo tpe āni reuertit quo aspior ē: quoque prurit magis eo difficilius tollit. **Acri bile.** Bilis quā a græcis cholera dī. **Lādino** auctore secūdo de aīa libro: sanquis spuma uideri pōt: q̄ ita rubet: ut et ī cādorē ignis deflectat: corpusque optie nutrit. Sed hæc bona ē: ipsūque sāguinē acuit. ueq; huic aduersa & noxia de q̄ **Persius** loq; duplex ē. Aut. n. bilis corrūpit cū alio se admiscēte hūore adulterat. aut ipsa sponne a se de gērat. sed cū aliis miscet: uel pituita: uel atrabili miscet. Si pituitata: tūc uel bilis tenuior ē & colorē citro similē reddīt uđ eā citrinā dicūt: uel crassior bilis ē uitelliaque dī qđ ouī uitellū repræsētet. si atrabili: tūc ita bilis adurīt ut rubeat a quo colore rubra cognominat. Cū uero ipsa bilis spōte sua p se corrūpit: aut uiridis herbacea que ē: & prassina a succo prassii herbæ dī. Aut æneæ erugini similis ē: & zinaria a colore denotat. **Zinā.** n. arabes æris eruginē uocat. **Cæterq;** noxia ipsa bilis: ut **Celsus** ī q̄rto uolūie refert: cōe stoma chi atque itestina uitiū uideri pōt. nā simul & deiectio & uoitus ē: præterque hæc inflatio ē itestina torquēt: bilis supra infraque erūpit: primū aquæ similis. deide ut ī ea recēs caro lota esse uideat: iterdū alba: nonnūq̄ nigra uel uaria. Ergo eo noīe morbi hūc cholera græci noīarūt. Præter ea uero quæ supra cōprehēsa sūt: sæpe et cura manusque contrahūt: urget sitis: aīa deficit: qbus concurrētibus non mixtē ē: si subito qs morit. **Nerio** iā tertia ducit uxor. **Vxor**is mortē exoptat: sed non sine indignatione pñciādū: qđ cum **Nerio** iā tres uxores pierit: suā sibi quā unicā habuerit sepelire non liceat. Ducere uero p̄prie fune q̄ ē. **Vir.** de apibus. exportat tectis & tristia funera ducūt. **Nerius** at scenerator apud **Horat.** in sermonibus ē: ut scribe decē nerio: non ē satis. **Hæc sancte ut possas.** Impie uouētū improbitatē ostēdit: qui nocturnas pollutiones fluuiali aq̄ expiātes: tali lustratione pfecta se pie ac sancte a diis posse aliqd exposcere iudicabāt. **Heus** age responde Interrogatione graui & concinna ait. existimas ne iouē optimū maximū hoīe aliquo meliorē esse. Si hæc eadē. quæ iouē rogas: ab ipso mortali hoīe peteres: ille q̄rum uis ipius ad hæc uota tua nefaria iouē inuocas exclamarer: teque iniquū esse atque impiū iudicaret. Quanto igit magis hoc idē facere iouē censendū est. Tu uero quia iuppiter dum ab eo hæc poscis: neque ad seipsū exclamat: neque fulmine te domūque tuam percutit eū tibi ignoscere: tuasque preces ac uota admittere putas. **An scilicet haeres?** Dubitas ne statio iouem praeponere. **Quis potior iudex.** Ironice de statio hæc loquitur. Tacite enim satyrorum more eū propter auaritiā non recte sententiā ferre pupilloque fidei suæ commissos spoliare significat. **Pueris orbis.** Pupillis qui parētibus q̄si lumidus priuati sunt

Bilis. **Landin**

Bilis tenuior ul' citra.  
Bilis uitellina. rubea.  
prassina. zinaria.

Zinā

Ducere  
**Virgilius**  
**Horatius**

Proh iuppiter. Conduplicatio atque exclamatio summa arte confecta est. Votoz. n. atroci-  
tas tanta erat: ut omnē auditorē quis sceleratū & impiū commoueret. Ergo ad significa-  
tionē indignationis exprimendā: iouē compellat. Ignouisse putas. Temerariā confiden-  
riā turpiter uouentis reprehēdit: qui iouē sibi ignouisse putat: quia cū fluminat: ilicē po-  
tius q̄ se percusserit. Sulphure sacro. Flumie odorē sulphureū redolēte. An q̄ non  
fibris ouiuū. An ideo iouem tibi annuisse existimas: quia nondū ab eo flumine ictus sis.

Ergena

Ergenna quæ iubente

Aruspice hūc ergennā  
p̄ fibras esse demonstrat  
oues. n. & cætera aialia  
ad aram mactare: extra  
que inspicere aruspex  
solet. Triste bidental

Bidental

q̄d flumie ictū est: bidē  
tal dī. Hoc expiari non  
poterat. Quare triste &  
euitandū in lucis inse-  
pultū iacere dicit. Qui  
uero hoīem fluminatū

Causa leuissima furoris

attrectauisset furere a  
ueteribus putabat. Ho-  
ratiū. An triste bidētal  
mouerit incestus certe  
fuit. Stolidā barbā. q̄

Horatiū

stolidus esset si tibi bar-  
bā uellicadā præberet:  
hoc est si ea quæ petis  
concederet. Lactibus

Lactis. h.

unctis. hæc lactis in sin-  
gulari foeminino gene-  
re declinat. Titiniū in-  
ferētinati. Craticulū:  
cerēbellū lactis agnina.  
Auentriculo aut in oue  
atque hoīe lactes incipi-

Titiniū

unt: p̄ quas labis̄ cibus: ut Pli. xi. li. scribit. Ecce auia. Foeminaz̄ uota p̄ pueris suis carpit

Pliniū  
Noia digitorū mang

quæ non p̄bitatē & uirtutē: sed opes & pulchritudinē illis optant. Infami digito: quin-  
que digiti manus sunt: quoq̄ crassior & cæteris quæ seiunctus: seque obuiū reliq̄s cū uult  
præbēs tanq̄ rector oīum ac moderator pollicis nomē accepit: quoniā ui & prate inter cæ-  
teros polleat. Secūdo qui salutaris dī: ab indicādo auctore Quint. indicis quoque nomē  
est inditū. Medius digitus ipudicus atque infamis iure cognominat. Cū. n. longitudine:  
p̄ pulchritudineque cæteros excellat: alioz̄ tamē auxilio indigēs par̄ ualet. Qua simili-  
tudine ueteres ducti eū hominē: q̄ cæteris famosior eēt: hoc digito ignomiæ cā demonstrā-  
bāt. Hūc sequit̄ medicus: de quo Pli. li. xxx. Muscæ impari nūero infricatæ digito medi-  
co. Quintus: minimus appellat̄. Idē uolumie tertio & xx. Singulis priō digitis anulos ge-  
rere mos fuerat: qui sunt minimis p̄ximi. Lustralibus saliuis. Quibus infantē expiat at-

Quintiliang

que lustrat: Saliua aut a saliendo dicta est: quoniā in ore saliat atque crescat. Vrētes ocu-  
los inhibere perita. Docta effascinationē phibere. Virgi. Nescio q̄s teneros oculus mihi  
fascinat agnos. Pli. quosdā in triballis & illyriis esse scribit qui uisu effascinēt: interimāt  
que quos diutius intueant̄: iratis præcipue oculis. Quod eoz̄ malū facilius puberes senti-  
unt. Spem macrā. Non quia spes petentis foeminæ macra sit: sed quia uel uoto postea  
non fruatur: uel quia futura omnia incerta sint. Nihil autem infantis expectatione icer-  
tius. Nunc licini in campos: nunc crassi mittit in ædes. Puerō crassianas exoptat opes.

Virgiliū. Saliua.  
Pliniū

Aliqui uero a Crasso Licinium diuidunt eum quæ Augusti prædiuitem libertum intel-  
ligunt: de quo Suetonius in Augusto. Multos libertorum in honore & usu maximo ha-  
buit: ut Licinium enceladum aliosque. Aliqui uero Licinium crassum p̄ endiadū legūt.

Liciniū

Suetoniū

Endiadis

Dic a gedum staio. proh iuppiter o bone clamet <sup>stans</sup>

Iuppiter. at sese clamet non iuppiter ipse.

Ignouisse putas: quia cum tonat otius illex

Sulphure discutitur sacro: q̄ tuque domusque <sup>fulmine percussit</sup>

An quia non fibris ouium ergennaque iubente <sup>inestinus</sup>

Triste iaces lucis euitandumque bidental. <sup>uiscipulus eplis</sup>

Icecirco stolidam præbet tibi uellere barbam <sup>stolidus est si præbet barbā uel licidā</sup>

Iuppiter: aut quidnam est. qua tu mercede deorum <sup>quo obsequio</sup>

Emeris auriculas: pulmone et lactibus unctis. <sup>pinguis</sup>

Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis

Exemit puerum: frontemque atque uida labella

Infami digito: et lustralibus ante saliuis <sup>q̄ lustrat atq̄ expiat</sup>

Expiat uerentes oculos inhibere peritam <sup>fascinates</sup>

Tunc manibus quatit: et spem macram supplice uoto. <sup>deusioe manū ostē q̄ ipa m. ter a. sic. si non ponē</sup>

Nunc licini in campos: nunc crassi mittit in ædes.

Hunc optent generum rex et regina puella

Hunc rapiant: quicquid calcauerit ut rosa fiat. <sup>ut p̄ me ut liberis meis roget</sup>

Ast ego nutrici non mando uota. negato

Quāuis te albata rogarit. Quidā albatam expiatā & purgatā: quo magis ualeat eius uo-  
ra. Quidā uero uittatā legūt. Est autē uitta fasciola tenuis: qua capillos circūligabāt. Po-  
scis opē neruis. Eorū uota commemorat: qui bonā ualitudinē atque robur: longāque uitā  
a diis poscunt quā ipsi sibi nimis epulis & opiparo uictu tollūt. Rē struere exoptas Vo-  
ta ditari cupientiū. Quo pessime pacto. Quo pacto uis augere diuitias cū quotidiē rē  
imminuas muneribus mercurio largiendis. Tot iunicū omēta liquefcāt Tot tauri imo

Vitta

Iuppiter hęc illi: quamuis te albata rogarit.

Poscis opem neruis: corpusque fidele senectæ.

Esto age. sed grandes patinæ tucetaque crassa

Annuerē his superos uetere iouemque morantur

Rem struere exoptas caelo boue: mercuriumque

Arcessis fibra: da fortunare penates.

Da pecus et gregibus foetum. quo pessime pacto.

Tot tibi cum in flamas iunicum omenta liquefcāt.

Attamen hic extis: et opimo uincere farto

Intendit. iam crescit ager: iam crescit ouile.

